

& quia Marco cap. 9. 11. & Luc. 9. 11. & Ioann. cap. 7. 2. narratur. A Mattheo & Marco eandem omnes narrari concedunt, de alijs duobus Evangelistis dubitatur: quia uterque multa postea commemorat, quae post hunc Christum Iudaeos aduertum fieri non poterunt. Ego de Luca non dubito: quin eandem narret historiam. Primum, quia hanc Christi in Iudaeam profectioem vltimam fuisse constat: tum quia aliam post hanc Evangelistae non narraturum quia id Christus cap. 16. 21. & cap. 17. 22. indicat dicens se ascensurum in Hierusalem, ibique passurum, quasi de proxima morte sua loqueretur. Lucas autem de vltima etiam loquitur, factum est autem dum completeretur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit, ut iret in Hierusalem. Quod ergo multa postea idem Lucas commemorat, quae ante hanc profectioem facta fuerant, mirum videri non debet: eum passim videamus Evangelistas rerum gestarum ordinem non tenere. De Ioanne idem nonnulli putant eandem historiam recitare, quod ego periculis mihi non possum. Primum, quia apud Ioannem eodem cap. 7. ver. 6. Christus dicit tempus suum nondum venisse: hic autem apud Mattheum contrarium iam bis significat, in ista tempus passionis suae. Deinde, quia apud Ioannem versu 9. & 10. Christus dicitur solus in Iudaeam ascendisse, cum hic dicantur non solum discipuli, sed multa etiam turba illum secuta fuisse. Postremo, quia profectio illa, de qua ibi loquitur Ioannes, vltima non fuit, cum idem postea capite vndecimo, versu septimo dicat Christum ut Lazarum suscitaret, in Iudaeam iterum venisse.

Et emittit in fines Iudaeae. Hilarius, ut paulo ante diximus, existimat Christum in Iudaeam ingressum non fuisse, sed ad solos Iudaeae & Galilaeae fines peruenisse: idemque Chrysostomus, & Euthymius arbitrantur. Quidam e contrario prius Hierosolymam venisse putant: deinde ex Hierosolyma in fines Iudaeae & Galilaeae rediisse: nulla, ut mihi videtur, probabilis ratio, cum ita iam narret Evangelista, ut non obsecrare delectaret eum ex Galilaea in fines Iudaeae rediisse, nullaque eum turbas fecerit esse. Venit ergo in fines Iudaeae, ut Hierosolymam veniret: sed fecit Evangelista eius loci mentionem, ut circumstantiam loci ubi miraculum, quod narraturus erat, factum fuerat, explicaret, & mutatis, inquit, eos ibi.

Trans Iordanem. Vtraque, & Iudaeae, & Galilaeae non trans, sed extra Iordanem erat: sed dicitur esse trans Iordanem venientibus ab Aegypto in terram Chanaan: quemadmodum capite quarto, decimo quinto, expoliumus.

Et curavit eos ibi. Non significat omnes, qui secuti fuerant, sed omnes, qui aegrotabant, nec eos ipsos fortassis omnes: sed eos tantum, qui digni erant, curatos fuisse: sicut e. 14. 14. Marcus e. 10. 1. scribit Christum eos, qui se secuti fuerant, ibi docuisse. Mattheus praetermittit, sed quamvis Marcus non dixerit, ex Christi consuetudine poterat intelligi, qui vix sine doctrina mira eula faciebat. Coniungebat enim semper facta cum verbis, ut Chrysostomus, & Euthymius adnotauerunt.

Ibi, id est, in finibus Galilaeae, & Iudaeae: noluit, ut Galilaei, qui se secuti fuerant, extra patriam suam egredierentur, aut, ut Auctor imperfecti hom. 3. 2. indicat, ne Iudaei, ut calumniatores erant, dicerent ipsum instantem causam magnam post se hominum multitudinem trahere.

Et accesserunt. Non satis expressum est, an eodem in loco ad Christum accesserint Pharisaei: est tamen probabilis, quia id narrationis consuetudo e apud Mattheum, & apud Marcum videtur indicare. Atque ita Chrysostomus, & Theophyl. existimant.

Quaerens, ex causa. Non dixerunt an liceat vxorem dimittere aliqua ex causa, sed quacumque ex cau-

sa. Nam aliqua de causa licere non dubitabant, ut Origenes tra. 2. in Matth. 7. Hiero., & Beda obseruauerunt. Dubitatur a quibusdam, quia occasione hanc Pharisaei quaestionem proposuerunt. Nonnulli occasionem fuisse putant, quod Christus ca. 11. 13. dixisset, Propheta, & lex vixit ad Ioannem, quasi legem iam abrogatam significaret, volueruntque Pharisaei experiri num id, dum ad quaestionem responderet, fateretur. Haec causa & nimis remota, & parum propria mihi videtur: & quia iam diu Christus id praedixerat, & quis, ut id experiretur, multas alias de lege quaestiones proponere poterant. Theophyl. hanc quaestionis causam reddidit, quod Christus e. 5. 31. dixisset. Ego autem dico vobis, quia omnis qui diuoriet vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mecharam, & qui dimissam duxerit, mechatur. Auctor imperf. hom. 3. 2. quia homines carnales erant, de nuptiis eos interrogasse, quos admodum, qui valeudnarii sunt, semper loquitur de medicina. Probabile etiam est, quod alii dicunt foras eam quaestionem fuisse tunc inter Iudaeos agitam, ut illa esset erat, quam eadem de causa Christo proposuerunt, vxrum liceret: butum dare Casari e. 12. 17. Solent nam alio tempore alias virgere quaestiones. Digna est Pharisaeorum ingenio coniectura est, propterea eos hac potius quaestione, quam aliam proposuisse, quod cum omnes attingeret, inuidia plena esset.

4. Non legitis. Respondet Christus exprobrans illis legis, cuius se scientia inactabant, ignorantiam, ut e. 12. 3. etiam fecerat, ibi Euthymius obseruauit. Marcus scribit Christum eos interrogasse, quid vobis praecepit Moyses: quod videtur hinc loco esse contrarium. Respondet Augustinus li. 2. de consensu Evangelistarum e. 62. Marcus non verba Christi, sed voluntate exprimit voluisse. Credibile est etiam, quod & quod Mattheus, & quod Marcus narret Christum dixisse, sed prius interrogasse Pharisaeos, quid vobis praecepit Moyses: eos vero respondisse, Moysen permisisse vxorem libello repudiati dimittere. Tunc subiecit Christum, quod Mattheus scribit Non legitis, quod qui fecit ab initio masculinum, & feminam fecit eos, & c. Deinde Pharisaeos iterum obiecit, quod ait, Mattheus ver. 7. quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudiati, & dimittere? Non respondit Christus ad quaestionem directe: sed producit scripturae testimonium, facit, ut Deus, aut Moyses, cuius Pharisaei doctrinam gloriose sectabantur, pro se tacite responderent, ut Chrysostomus, & Euthymius animaduertunt, illud etiam notantes, ex factis, & ex verbis Dei Christum ad quaestionem respondisse: ex factis, cum dicit, Non legitis, quia qui fecit hominem ab initio masculinum, & feminam fecit eos: ex verbis, cum dicit ver. 5. & dixit, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adheret vxori sua.

Qui fecit masculinum, & feminam id est, creator. Masculinum, & feminam fecit eos. Quaerendum hoc loco est, in quo huius argumenti vis posita sit. Quidam in sexu situm esse volunt, quasi ex diuerso sexu Christus argumentetur non debere vnum virum, nisi vnam habere vxorem, quod ex vtroque quali ex duabus imperfectis partibus, ut Plato quodam loco scribit, vnus perfectus homo fiat. Quam interpretationem D. Aug. li. 14. de ciuit. e. 22. fecit videtur. Omnes alii interpretes non in sexu, sed in numero vim esse putant, quasi Christus id argumentetur, si Deus voluisset vnum virum plures habere vxores non vnam tantum: sed plures feminas initio fecisset. Ita Chryso. Hieronym. Auctor imperfecti Beda, Theophyl. Euthym. Strabus. Vidi ego aliquando aquodam Calumniam Ministro de hac quaestione composuissimum librum, an licet vnum virum plures vxores, interducat non vnam quidem post aliam: sed eodem tempore habere: erat aut scriptus per dialogum, in quo, quod non licere dicebat, ita defendebat causam, ut facile eni appareret puaricari, & quasi sponte videtur siturum bere, Adduxerunt

Adduxerunt hunc locum, ut probaret non licere: respondere nihil ibi colligi posse, quod non idem posset concludi de omnibus animalibus, quae initio non nisi mas, & femina facta sunt. Hanc responsum bellos ille Minister existimabat refutationem posse: eo nimirum impudentiae progressum, ut non solum castitatis vxorum: sed ipsae etiam castitate tollant: nec vna contenti vxore plures habere volunt. Paria illis, ut mererentur, vxores fecerunt. Scio enim eas aliquando dispulisse, & vradio, quaestione ad Ministros retulisse, an vni etiam vxori liceret plures habere viros. Ergo facta Christianis esse debet Christus hoc argumento vsum fuisse, ut necessarium credatur: praeterquam quod in alijs generibus animantium non constat vnum tantum marem, vnamque feminam Deum initio condidisse. Potest aliqui obijcere idem argumentum valere posse, ut probetur ne mortua quidem priore vxore aliam ducere licere. Respondet ideo non valere, quia prima, & secunda vna reputantur: quia vna item caro est.

Et dixit. Deus: de eo enim loquebatur. Dubitat Hilarius, quomodo Christus dicat hoc Deum dixisse, cum non Deus, sed Adamus dixerit Gen. 2. 24. Respondet Augustinus libro nono de Genesibus ad litteram capite deimonono, & Theophyl. ad Euthymium in commentarijs Adamum, tantquam Prophetam, spiritum Dei hoc dixisse, Deumque ipsum loquentem fuisse. Propter hoc dimittere homo. Hominem posuit Latini pro viro, licet Graecus ἀνδρας pro viris, quem admodum & infra versu 10.

Patrem & matrem. Admirabilis est, & minime probabilis Hugonis, & quorundam recentium auctororum interpretatio, quam & Diu Augustini esse putant, sentum esse, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adheret vxori sua, id est, cum omnibus praeter patrem, & matrem coniugium poterit copulare. Quomodo enim vir patrem suum in vxorem acciperet? de solo enim viro sermone esse manifestum est, etiam si idem sit de vxore per consequentiam intelligendum. Alij interpretantur, relinquet patrem & adheret vxori sua, id est, magis vxorem suam amabit, quam patrem, & matrem: sicut libro tertio Eusebii capite quarto, vigesimo quinto, dicitur, sed est hoc foras esse verum est, non est ad locum accommodatum: vbi non de amore, sed de cohabitatione, & de matrimonij vinculo agitur: Itaque sentum esse arbitror relinquet patrem & matrem, id est, cederet a parentibus, ut cum vxore habitet, quemadmodum vnus ipse interpretatur. Solent enim liberi vsque ad nuptias cum parentibus habitare, post nuptias a parentum domo discedere, & vir vxorem, vxor virum sequi: quemadmodum eodem libro tertio, Eusebii cap. 4. 10. dicitur est, homo patrem suum relinquit, qui natriui illam, & suam regionem, & ad mulierem se coniungit.

Et adheret vxori sua. Monit Chryso. tria hoc loco esse, quae in eam vim habeant. Primum relinquet patrem, & matrem: secundum adherere, id est, non quoquo modo coniungi, sed penitus adgnitari vxori suae, hoc enim Latine est adherere, Graece ἀδραστήτως, Hebraice דבדבד, & erum duo in carne vna.

Et erant duo in carne vna. Iis capis vnus, in carne vna ad carnem vnam, id est, ut fiat vna caro, ut explicatur versu sequenti, sicut Genes. 2. 7. factus est dicitur Adam in animam viuentem, id est, homo viuens, & versu 22. dicitur dominum Deum co-stituit, quam tulerat de Adam in mulierem, id est, ut esset mulier. Quomodo autem vir, & mulier dicantur vna esse caro, de eo disputatur, Hieronymus, & Beda: ut Diuus Thomas in Carena, & in commentarijs ad hunc locum interpretatur, ad liberos referunt,

quia ex viro, & vxore genitus filius vna viriisque communis est caro. Aliud corpus coniunctionem, quemadmodum D. Paulus 1. ad Corinth. 6. 16. videtur interpretari, qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur. Aliud ad amorem mutuum, de quo Diuus Paulus ad Ephesios quinto, vigesimo octavo, ita & vni debent diligere vxores suas, ut corpora sua. Qui vxorem suam diligit, seipsum diligit. Aliud potestatem quam vir in vxorem, vxor in virum habet, tanquam in propriam carnem, ut Diuus Paulus 1. ad Corinthios, septimo, quarto, dicit. Alii quorundam ego sententiam maxime proba, vnam carnem esse interpretantur esse vnum hominem: carnem enim pab Hebrais pro toto homine ponit notum est. Significat ergo Christus virum, & vxorem non duos esse homines, sed vnum, vxorem veluti corpus virum veluti spiritum, & animam esse. Itaque non magis debere virum ab vxore, quam animam a corpore separari.

Et itaque iam non sunt duo, sed vna caro. id est, non iam duo sunt homines, sed vnus.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Non dicit, quod Deus coniunxit, sed quod Deus coniunxit, ut non tangam de duobus, sed tanquam de vno corpore loqueretur, quia paulo ante dixerat, Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Notant Diuus Chryso. Iohannes, Christum ex lege naturali, & diuina matrem vni vinculum probauisse. Naturalis consistit in facto, quod Deus vni viro vnam fecerit mulierem: diuina in verbis, quibus Deus praecipit, ut homo relinqueret patrem & matrem, & adhereret vxori suae, quibus verbis videtur Deus vxorem vni inseparabiliter copulasse, ut insipientes Probetiorum de cimo nono, decimo quarto, Domus, & diuina dantur a parentibus, a Domino autem proprie vxor pullens.

Quid ergo Moyses mandauit. Marcus capite decimo, quarto, non dicit Pharisaeos respondisse, Moysen mandasse: sed permisisse. E contrario vero Mattheus dicit Christum dixisse, Moysen non mandasse, sed permisisse: Marcus autem scribit dixisse Christum, quid vobis praecepit Moyses? Haec quaestio exijt, quae paulo supra diximus, facile soluitur. Primum enim credibile est Christum interrogasse eos, quid de eare Moyses praecipisset: illos vero respondisse, Moysen permisisse vxorem dimittere: tunc Christum matrimonij originem explicasse, & scripturae testimonium produxisse, ut probaret non esse dimittendam vxorem Pharisaeos obiecit, quomodo Moyses mandasset vxorem dimittere, videntes mandandi, non permissi verbo, ut argumentationi vim adiceret. Christum vero respondisse, non iam praecipendi, sed permitte diuina verbo, ad durtum cordis vestri permisit vobis Moyses. Atque hoc modo nulla inter Evangelistas dissensio est.

Ad durtum cordis vestri permisit vobis Moyses. Corrigit Christus Pharisaeorum verbum: illi dixerant mandant: Christus dicit permisit. Ex quo vel vno loco, si alii non essent, Calumniam error confutaretur, qui in Deo nullam permissionem agnoscunt, & Theologorum distinctionem inter voluntatem Dei absolutam, & permitentem ridere solent. Nam quod hoc loco Moyses permisisse dicitur, Deus vni que permittit: nihil enim Moyses agebat, nisi ex diuino praeecepto. Cur ergo dicit Moyses potius, quam Deum permisisse, cum e contrario versu quinto, non Moysen, neque Adamum, sed Deum dixisse dixerit, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem? Respondet voluisse Christum & argumento, & responsioni vim adaugere: ideo, cum argumentabatur, non licere vxorem dimittere, non dicit aut Adamum, aut Moysen, sed Deum dixisse, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem:

Permissio in Deo contra Calumnias.

Vir, & vxor quomodo vnus caro in vxore.

R

Causa, cur in veteri lege non dicitur de fornicatione.

tem: quamuis ea verba & Adamus pronunciarit, & Moyses scripserit: cum autem respondet Pharisaeorum argumentum, non vult dicere Deum, sed Moysen permisisse: quamquam Deus etiam permisit. Ita intelligendi sunt multi auctores, qui ita hunc locum interpretantur, quasi Christus significauerit non Deum, sed Moysen hoc permisisse, & quasi Deum quem ipse citauerat, Moysi, quem citauerat Pharisaei, opponere voluerit, vt Hieronymus, Beda, Strabus, Datus Thomas, Hugo, Multz hoc loco quaestiones sunt, Prima quibus de causis in veteri lege vxorem dimittere liceat. Tertullianus quarto aduersus Marcionem libro non nisi ob fornicationem, vt nunc ex illa licuisse: sic enim interpretatur, quod in Deuteronomio ca. 24. scriptum est, si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fornicationem, id est, propter fornicationem hoc tantum interesse, quod tunc dimissa propter fornicationem vxore, aliam ducere licebat, modo non licet. Origenes, Chrysostomus hoc loco, & omnes alij auctores, quos legisse memini, non solum ob fornicationem: sed multis etiam alijs de causis licuisse putant: idque est multo meo iudicio probabilis. Primum quia, si ob solam fornicationem licuisset, nullus Pharisaeorum quaestioni locus fuisset: nimis enim impudenter interrogasset, an quacunq; ex causa vxorem dimittere liceret: si sola fornicationis causa licuisset. Cum autem interroget, an quacunq; ex causa liceret, haud dubium est, quin certi sint multis de causis licere. Id etiam intelligitur ex Christi responsione: sic enim respondit, vt voluerit Moyses permissionem restringere, vt cum ante multis de causis liceret, iam non nisi ob fornicationem liceret: Probatur et ex verbis Deuteronomij. Cuius enim dicit, si non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fornicationem, scribit libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimitterit eam de domo sua, perpicuum est, non loqui de fornicatione, propter quam non dimittebatur vxor, sed lapidabatur. Deinde quia in libello repudij significabatur mulierem adulterium non commisisse: ea enim positum de caetero iussit et dari, vt mulieris honos saluus esset, possetque alteri viro, si vellet, nubere. Non ergo ob fornicationem tantum, sed alias etiam ob causas dimittebatur. Quae autem causae fuerint incertum. Lyranus in commentariis in caput vigesimum quartum Deuteronomij duas recitat opiniones: alteram, licuisse propter omnem rem turpem, vt propter contagiosos morbos, vel aliquid simile, quod matrimonij coniunctionem praecelisset: alteram, licuisse etiam ob omnes causas matrimonij contrarias, etiam si matrimonio superuenerissent, vt si mulier venetica esset, aut liberorum interfectrix, quod & Origenes tractatu septimo, in Matthaeum videtur approbare: quamuis de lege Evangelica potius, quam Moysica loquatur. Secunda quaestio est, quo sensu Iudaei permillum fuerit vxorem dimittere, an ita, vt dimittebatur non peccarent: an ita vt peccarent quidem, sed lege non punirentur. Notauit insignis Theologus Datus Thomas quatuor modis permitti aliquid: aut quod bonum est, sed non praecipuum, vt vendere omnia, & dare pauperibus permillum esse dicitur, quia bonum est, & non imperatum: aut quia minus bonum est, cuius tamen bonum non est praecipuum: sicut dicitur matrimonium esse permillum, quia virginitas, quae maius est bonum, non est praecipuum: aut quia malum est, sed non impeditur, sicut Deus dicitur omnia peccata permittit: quia, cum impedire possit, impedire non vult: aut quia malum quidem est, sed lege non punitur, sicut permittit Deus Iudaeis cum alienigenis vxorem exercere, quia non statuit in lege aduersus eos, qui eam

Quomodo Iudaei permillum vxorem dimittere. ad 39. q. 2. nr. 2. q. 2.

exercerent, vllam penam. Alio etiam modo permitti dicitur, quod, cum malum sit, dum ab eo, qui dispensandi potestatem habet, fieri permittitur, malum esse desinit, quemadmodum permittitur, cum Offe Prohetae filios fornicationis suscipere, & Ofee 1. 2. Quodam ergo vxorem dimittere, aut hoc potest modo: aut tanquam minus bonum existimant permillum fuisse Iudaeis certis de causis vxores dimittere. Alii non tanquam minus bonum: sed tanquam minus malum, ita vt peccarent quidem vxorem dimittebatur, sed non punirentur. Vtrumque probabile est & bonos vtraque opinio auctores habet: prior Auctorem imperfectum, & Datus Thomam, posterior Tertullianum libro de monogamia, Origenem tractatu septimo in Matthaeum, Chromatium in commentariis in caput Matthaei quintum, Hieronymum, Bedam, Euthymium, & Theophylactum hoc loco: nisi male intelligendo fallor. Mihi durum videtur dicitur Iudaeis post tam amplam, & luculentam Dei permissionem dimittebatur vxoribus peccasse: praesertim cum, antequam Christus explicaret, non satis ex verbis Deuteronomij competere esse possit, vtrum permillum an praecipuum esset: & vt constaret esse permillum, certe non constabat tanquam rem malam permitti, quod satis esse videbatur: vt qui ea vitentur, culpa vacent. Quod etiam ex hoc loco obicit potest, quod Christus dicit ad dicitur cordis eorum hoc fuisse permillum, facile etiam solui potest: potuit enim propter dicitur cordis permitti, ita tamen, vt peccatum esse debeat. Tertia quaestio est, quibus caeremoniis & cautionibus libellus repudij dari solet. Ab Hebraeis decem recitantur. Prima erat, vt vxor nusquam ocederet, nisi volente marito, hoc enim ipsum in libello repudij exprimebatur. Secunda erat, vt libellus, quem admodum dicitur in Deuteronomio, in manu vxoris traderetur. Tertia erat, vt scriberentur, vt minimum, nomina duorum testium. Quarta, vt exprimerentur tres generationes viri, & tres mulieris, vt paulo post ex libelli forma intelligitur. Quinta, vt scriberetur libelli literis rotundis: distinctis, atque perspicuis: ita vt vna aliam non attingeret, ne quod scriptura vitia irreperet. Sexta, vt scriberetur ad aliquam tractamenti guttula in chartam decidere, libellus auctoritatem non haberet, alioquin denuo scriberetur. Septima vti in libello nullum rursus verbum appareret, ne suspectus esset vnus. Octaua, vt charta longior esset, quam latior. Nona vt omnes testes, qui aderant suum quisque sigillum adhiberent: Decima, vt maritus diceret, & dicitur libellum repudij, & esto a me abiecta, & cuiusque viro permillum. Forma autem libelli repudij erat haec: Ego Rabbi. N. filius Rabbi. N. filij Rabbi. N. filij Rabbi. N. die prima mensis secundae anni. & a creatione tui nudi in tali loco ex animi mei consensu, & sine vlla coactione repudij tui. N. filij Rabbi. N. filij Rabbi. N. & dedi tui libellum repudij in manu, & sedam ab iustis. & signaculum dissolutionis, vt sit a me abiecta, & abeat quacunq; velit, & nemo possit illi prohibere iuxta constitutiones Moysi, & Israel.

Ceremonia libelli repudij apud Iudaeos.

Formula libelli repudij apud Iudaeos.

Canon Canonis de dicitur explicat.

quamuis Matthaeus non narret, addiditque, quod de Eunuchis narrat Matthaeus, tacet Marcus. De filiis hic locus est, & magna pars eorum hereticis controuersis materiam praebet. Summa quaestio est, an quod hic Christus dicit licere fornicationem causa vxorem dimittere, ita intelligendum sit, vt & dimittas, & dimissa possit secundas nuptias. Tres de haec opinionis inuenio. Prima est vtrique licere, & dimittenti, & dimissae: & inuenio, & sunt: in quo errore non solum Lutherani, & Caluinitae: sed scriptores etiam quidam Catholici versantur. Secunda est innocenti licere, reo non licere: quemadmodum ex Caluinitis nonnulli aliorum haereticum temperantes dixerunt, vt minus ipsi haeretici viderentur. Legimus nonnullos auctores veteres in ea fuisse sententia, Tertullianum libro quarto, contra Marcionem, Ambrosium, aut, vt ego arbitror, Remigium in commentariis in priorem epistolam ad Corinthios capite septimo, nam eos commentariis Ambrosii non esse, qui & illos, & Ambrosii legisserit, dubitare non potest. Scribit etiam Origenes hoc loco quodam suo Iudaeo Catholico Antistite permillum ipsi, quorum vxores adulterium admisisset, vt illis dimissa dicerentur, idemque in Concilio Elberino concessum fuit, si Gratianus fideliter recitat 31. q. 1. cap. si qua mulier, & in Concilio Aurelianensi capite decimo. Tertia est, quam semper Ecclesia secuta est, & vltimo Tridentino Concilio ita est nostro tempore confirmata, vt nemini Catholico dubitare liceat, Christum ita permillum adulteram vxorem dimittere, vt nec vxori liceat alij nubere viro, neque viro aliam vxorem ducere, quam dicitur vxori vterque. Quam ego sententiam non solum propter Ecclesiae desinationem, quae sola homini Christiano licet esse debet: sed etiam propter argumentorum, quibus probatur potest momenta ad eam veram iudicio, vt mirari non possim inuenios esse qualiter sentierit. Primum haec sententia antiquiores, plures, meliores habet auctores. In Canone 47. Apostolorum absolute, & generaliter excommunicatur is, qui vxore dimissa aliam duxerit non adhibita exceptione, nisi fornicationis causa dimississet, quae adhibita profecto fuisset, si cum ea de causa dimissa esset, aliam ducere liceret. Idem Basilius epistola secunda, & Clemens Alexandrinus libro secundo Stromatum sine vlla exceptione docent, & Origenes tractatu 7. in Matthaeum Episcopos illos, qui suo tempore permittentibus, tanquam reum Ecclesiasticarum imperio reprehendit. Sic sentit Chrysostomus homil. in Matthaeum de imaeptima, & Hieronymus, hoc loco, & in epistapho Fabiola, & Innocentius primus in epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum capite quarto, & D. Augustinus duobus de haec scriptis libris de adulteris coniugij ad Pollentium, & Inderis libro secundo de officijs ca. 19. & Beda melior auctor, quam Remigius in commentariis in c. 10. Marci. Sic iam olim de hinc Concilium, Mileuitanum can. 17. & Concilium Africanum, sita in eodem diuersum est canone 69. & Foroumense canone 10. & Nannetense canone 10. Itaque decreta illa Concilij Elberini, & Aurelianensis, quibus contrarium patrem adduximus, aut apostolica sunt, & scripta, aut ita intelligenda, vt marito, qui ob adulterium vxorem dimisit, liceat alteram ducere, non quidem viuente, sed mortua prioris. Dicit aliquid, quid opus erat, vtrid permittitur, cum dubium non esset, quin illi liceret? Respondeo id expressum fuisse ad declarandam differentiam inter maritum, & vxorem adulteram, quae loco penitentiae iubebatur aliquando etiam iuramento nuptijs adhibere: ne quis ergo idem de marito intelligeret, explicatum est, vt maritus, si vellet, aliam duceret: sed intelligendum

ex communi lege Ecclesiastica, maritus prioris Praeterea ex ea ratione, quae hoc loco Christus vsus est, aut nihil probatur, aut haec sententia probatur: primum arguuntur Deum non plures, sed vnam tantum feminam vnificasse viro, inde colligit non debere plures habere: id est, vnam dimittere, & aliam ducere, quae ratio in omnino valet, vt probetur etiam propter fornicationem vxore dimissa aliam ducere non licere: nec enim refert, qua de causa dimissa sit, cum eadem semper aliam non ducendi causa maneat, quod vni viro vna tantum femina facta sit. Praeterea quia Christus non solum multas illas causas, quibus Iudaei vxores dimittebant, ad vnam fornicationem reducunt: sed etiam libellum repudij omnino suffulit, quem non nisi propter Iudaeorum dicitur concessum fuisse dicit. Post Christum autem inter Christianos nunquam audiret esse libellum repudij datum fuisse. A qui idem erat libellum repudij dare, & posse virum aliam vxorem ducere, vxorem alii viro nubere: ergo hanc iterum vxorem ducendi, & iterum nubendi potestatem sublato libello repudij suffulit Christus: quae vna ratio, si alia desinat, satis superque hanc sententiam corroboraret. Deinde si dimissa ob fornicationem vxori alii viro nubere liceret: sequeretur, quod absurdissimum est, melioris esse conditionis mulierem, quae ob adulterium, quam quae ob morbum, aut aliqua alia de causa circa culpam dimissa sit: cum adulter vxore viuente adhuc prioris marito alias nuptias inire liceret, alteri non liceret. Deinde dubium non est, quid propter ca. Christus concesserit vxorem adulteram dimittere, ne cogentur mariti cum adultera dolosa plenam vitam agere, cum vxor ipsa indignam se adulterando reddidisset, vt cum ea maritus habitaret: haec autem ratio non eo vique pertinet, vt marito aliam vxorem ducere licere possit: satis enim est, vt liceat prioris liberam, itaque, quod haeretici solent obicere, quod Christum mariti concesserit, si non aliter vxores adulterarum dimittere concessit, quam vt sine vxore in inuent, inuentum est, & in inuentum alius carnem, quam honorem, vtrique tranquillum vitam. Viri boni pro magno ducunt beneficio, quod sibi liceat mala carere vxore, quamuis alium ducere non liceat: imo hoc ipsum, quod non liceat, alteram ducere, qui prudentiores sunt, benefici loco habent: quemadmodum qui naufragium temerale fecerunt, quod sibi iterum mare tentare non liceat. Matus bonum est non posse malam vxorem inuenire quam inuenire aliquam bonam posse. Malam autem non inuenire non potest, nisi qui vxorem ducere non potest. Illa etiam ratio, quam Hieronymus affert, multum habet ponderis, si maritus liceret dimissis adulteris vxoribus alias ducere, quodis, qui nonas vxores appetere, contra priores adulteras coningerent, vt illis repudiatis alias haberent. Inque non refrinxisset Christus veteris legis disciplinam, sed relaxasset. Nam ut in veteri quidem lege hinc mutandum vxorum libidini tantum loci erat, cum adultera non dimitteretur, sed occideretur, illa vero ratio, quam haeretici committuntur, licentiam Christus mariti praebuisse vxores quotidie mirandi: quam enim facile est, si quis animum attendat, aut verum in vxore adulteram, aut probabile deprehendere? quam facile fingere? Profus mihi spiritum Christi non cognoscere, cuiusque mentem non intelligere videntur, qui ad hunc modum eius verba interpretantur. Quis enim non videt Christum cum veit Evangelicam disciplinam maxime restringere, & matrimonij vinculum indissolubile esse docere, non solum non debuisset potestatem facere

R. 3. maritus

Lutheranus aut Caluina...

Lutheri cor...

Absurda...

Vide etiam...

...fuit habet: certe non apparet. Haec enim hominum Lutherana, aut Caluiniana perpetua seruasse virginitatem monstrum inaudium est. Non ergo id haereticum agunt, quod egere se simulant, vt Dei gratiam commendent: dum eam non omnibus, sed quibusdam tantum dari dicunt: sed illud potius, vt omnes homines ab Evangelica perfectione, & puritate ad suas reuocentur, malitque homines adulteros esse, quam virgines. Cur enim eos, qui virginitatem profitentur impios appellant: eos vero, qui adulterij omnia permittunt, nunquam impios appellauerunt? Pudet me recitare, quod primum eorum magistrum Lutherum dicere, profiterique non puduit, non magis posse virum sine vxore, quam sine cibo, ac potu viuere: virumque enim rem esse naturalem, & necessariam. Epicurum illum, qui sola voluptate beatitudinem existimabat, nihil tam Epicuram dixisse legimus: & porci, si loqui scirent, dicere non auderent. Dicebat olim haec, quidam Actius rem Venerem necessitatem appellans, vt auctor est aduersus illum scribens Epiphanius. Hoc fuit etiam, factus apparet non solum non omnibus: sed nemini proflus hoc a Deo donum dari, vt sine vxore viuat. Nam & quidam ex eodem porcorum grege, magnus tamen apud illos habitus doctor, Catholicis dicentibus hanc seruandae castitatis gratiam, esse certo nescimus nos habere, tamen post orationibus obtineri: respondet perinde esse, ac si profiteretur nunquam non cibum, & potum sumpturos esse, dicentes a Deo nos precibus impetraturos, vt sine cibo, potuque viuamus. Constat igitur horum doctorum hanc esse sententiam nos non magis sine vxore, quam sine cibo, ac potu viuere posse. Vnde sequitur primum neminem debere sine matrimonio viuere vellet, aut experiri, ne Deum tentare videatur. Itaque quod Christus vericulo duodecimo, dicit esse Eunuchos quosdam, qui se castrauerunt propter regnum caelorum, istorum opinione locum non habet: nemo enim se propter regnum castrare potest magis, quam cibo, & potu carere. Deinde licet maritus, si eorum vxores agrotae sunt, longiore praesertim tempore, aut alias vaoues ducere, aut alias mulieres inire: quemadmodum si quis omni cibo, potuque careat, licet vndeunque poterit arripere, & vitam sustentare. Tertio loco sequitur, si maritus, aut vxor diu abfit, eum, si in viua sit, licet alteri coniugi alias adire nuptias: quo enim modo tam diu sine cibo, & potu viuere? Hoc postremum Caluiniz absurdum est: non ducunt: sed vsu potius probant, & in quodam eorum Concilio decretum est licet vxori, si maritus, nescio quam diu abfit, alteri nubere. Hec est Caluiniana doctrina, quam expedit in vulgus indicari, in lucemque profecti, vt omnibus eorum impietatem cognoscant.

12. Sunt enim Eunuchi.] Non facti apparet, quorum hanc Eunuchorum distinctionem Christus subiicit. Quidam ex haereticorum interpretibus putant voluisse declarare, quod paulo ante dixerat, quibusdam daturum si, vt caput verbum hoc. Maior vero magister Caluinus ita exponit, quasi praecedentibus verbis Christus dicere voluerit: non nisi necessario debere vxorem ducere, nisi impio esse vellet, exceptis iis quibus Deus reuelauerit posse coelibes viuere: qui autem illi sunt, quia non non obligatione sine matrona, nunc Christus in his verbis declarat. Itaque Caluinus sententiam vxorem ducere non salua natura sua necessarium esse, sed diuina etiam precepta: vxorem autem non ducere non constitutum: sed Dei dispensationem esse putat. Audiat haec ether, audiant o-

Amnes, & horreat. Quanto meliore spiritu, & iudicio Chrysolomus exiit: maior Christus in his verbis docere voluisse, possibile esse, quod tunc vulgo (nunc a Caluinis impissibile) putabatur posse aliquos imo quicunque consentant: gratia enim omnibus praesto est: tam caste viuere, quam si Eunuchi essent: propterea enim Christum non quocunque modo: sed explicatis tribus Eunuchorum generibus Apostolorum dictum controvocavit, non expedire vxorem ducere, idque haud difficile fieri posse, si quis seipsum propter regnum caelorum castrare vellet, id est, carnem non secare, sed domare. Proponit ergo, vt ait Hilarius tria Eunuchorum genera, quosdam a natura, quosdam ab hominibus, quosdam a seipsis factos: quorum primi & culpa, & merito careant: secundum culpam, si suo consensu exsecuti sint: tertium meritum habeant.

Qui [scilicet] Duplex in hoc verbo vis est: altera, qua liberum arbitrium significatur, quo se quisque Dei adiuvante gratia castrare potest, id est, castum efficere, quemadmodum Chrysolomus annotavit: nam & castrandi verbum inde a Latinis dictum arbitror: altera, qua significatur id non sine carnis repugnantia fieri, vt Gregorius Nazianzenus observauit. Itaque quod Caluiniz dicunt, ridiculum est. Primum neminem debere continentiam experiri, nisi certus sit se a Deo continentiae donum habere: secundo, qui quis continentiae donum habet, certo scire se habere: quemadmodum, qui sidem habet, certo se habere nouit. Hae enim & falsa sunt, & inter se pugnant. Nam cum, qui continentiae donum habet, certo scire se habere, tam falsum & haereticum est, quam quod Caluiniz docent, eum, qui gratiam Dei habet, certo scire se eam habere. Nam donum continentiae gratia quaedam est. Et exemplum fidei, quod asserunt, id falsum, & si verum esset, tamen esset ineptum: falsum quidem, quia, qui sidem habet, non scit, sed credit: idem habere ipsa enim fide, non a la cognitione id non: per fidem autem non scimus, sed credimus: & qui quis fidem scientiam appellat, sidem perdit, quia ex diuina, & Christiana fide humanam facit. Ineptum autem, quia etiam illi, quibus sidem habet, necessarium scire se habere, non continuo sequetur, qui quis donum habet continentiae, id etiam scire: quia fides cognoscit quaedam esse, donum autem continentiae non est cognitio: Itaque perinde est illi boni Theologi arguerentur, atque si dicerent, qui quis visum habet, certo scire visum habere: ergo qui quis bonum sanguinem habet, certo scire se bonum sanguinem habere. Paganonia autem dicunt, quia nemo, nisi experientia scire potest, an castitas donum habet: experiri autem, vt illi volunt, non prius debet, quam de dono castitatis certus sit.

Propter regnum caelorum.] Haeretici exponunt propter regnum caelorum, id est, propter Evangelium, vt illi maritum seruauit. Timent enim, ne ex hoc loco mentum colligamus. Sed ista eorum ratio falsi Ecclesiae Doctores, id est, Episcopi, & presbyteri castrare se debent, quos illi imprimis conuocatos esse voluit, & quidem haec nulum apud eos Ministram nouimus, qui etiam illo modo, id est, vt Evangelio licet falso, firmiter, sese castrauerunt. Sensus ergo est propter regnum caelorum, id est, ad regnum caelorum a promerendum, vt Origenes, Hilarius, Chrysolomus, Auctor imperfecti, & Euthymius, interpretantur. Generaliter enim de omnibus, non de solis Apostolis, & Evangelii Doctores loquitur Christus. Solent dicere Caluiniz coelibatus a non magis esse meritorium, quam matrimonium, quod per se nec bonum, nec malum est: sed quateenus ad orandum conducit. Ex exemplum ar-

Caluinus...

Caluini dia...

Iouinianus...

Caluinista...

Meritum...

Caluina...

ripi, si ieiunium per se nec bonum, nec malum est: ergo intemperantia, cui ieiunium opponitur, nec bona, nec mala est. Atqui intemperantia per se est malum: ieiunium igitur per se est bonum, & coelibatus quandoquidem tandem vtriusque rationem esse putant. Ex vt per se haec bona non sunt, non sequitur meritum non esse: non enim solum meremur, dum ea facimus, quae per se bona sunt, sed etiam, dum ea, quae ad id, quod per se bonum est, aliquid inuuant. Cuius rei in hoc ipso capite manifestum est argumentum. Nam omnia diuitias abiecere, sicut eas temere, per se nec bonum, nec malum est: tamen propter regnum caelorum eas abiecere non solum alicuius, sed etiam singularis, & excellentis meriti esse esse singulari praemio persequendum est, vos, inquit, qui vultis quae omnia & secuti estis me sedebitis supra sedes duodecim iudicantis duodecim tribus Israel, infra versus viginti octo annos. Qui potest capere capiat.] Caluinus suam secutus impietatem ad hunc modum exponit, vt Christus docere voluerit, minime spernendum esse coniugij visum, nisi caeca temeritate non in exitum velimus praecipites dare. Nam discipulis, inquit, quos videbat sine iudicio tuere, manum iniicere oportuit. Itaque bonus iste Evangelicae perfectionis interpret non putat Christum, quod Apostolus dixerat, approbare: sed reprehendere, eosque temerarios, ac caecos fuisse significat, quod existimauerint bonum esse, vxorem non ducere. Haec autem verba qui potest capere, capiat, non exhortantur, sed prohibentis esse interpretatur, quasi dixisset Christus, vos existimatis bonum esse vxorem carere: ego autem veto, ne quisquam id facere tentet, nisi certus sit se id capere posse, id est, sine vxore viuere. Ipse, vt opinor, diabolus, si commentarius scripserit, non potuisset peiore spiritu, & sensu Christi sensui magis contrario verba eius interpretari. Quis enim non videt voluisse Christum homines ad castitatem, & coelibatus vite perfectionem quasi proposito praemio cohortari? Caluini verba verba Hieronymi opponamus, vt quemadmodum dicitur soleo, qui dicit Catholicum, & haereticum spiritum inter se comparatione lector agnoscat. Hec contra Iouinianum, id est, contra partem Caluini libro primo scribit, Proponit & in his verbis mutatur ad Christum, tenet in manu virginum brauium, ostendit purissimum fontem, & clamat, qui sitit, veniat ad me, & bibat, qui potest capere, capiat. Ergo, vt concedamus capiendi verbum hoc loco non pro intelligere: sed pro apprehendere, & obtinere positum esse, quemadmodum Hieronymus Chrysolomus, Theophylactus & Euthymius existimant: tamen in eo potius sequeretur non prohibentis, sed exhortantis esse verba doquitur enim Christus, quemadmodum Hieronymus in dicit, tanquam agonotheta praemium manu tenens, & in stadio currentes clara voce cohortatur, qui potest capere, capiat, quibus verba non significat non ducere posse capere, sed ad illud ad studium, vnde meta hora sumpta est, in quo omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium. ad Cor. 9. 24. Nos autem iam supra monuimus capere, hoc loco idem significare atque intelligere: nihil enim aliud voluit Christus dicere, quam quod alias, cum de re aliqua egit graui, dicitur consenti, qui habet aures ad audiendum, audiat, vt supra cap. 11. 15. & cap. 13. 9. 43. & Marcus 4. 9. 23. & 16. & Lucas 8. 8.

13. Quia.] Post haec, non enim constat, an statim post superiora hoc factum sit: nam Lucas multa in medio narrat, & nolumus sententiam plus iusto refingere. Quamquam Auctor imperfecti, non dubitat statim interpretari.

Oblati sunt ei paruuli.] Ex Lucae capite decimo octauo, decimo quinto persequimus est non solum paruulos fuisse, sed etiam infantes, vt supra cap. 10. 13. & ostendebant illi infantes. Nimirum

acum videret populus omnes adultos, qui ad Christum accedebant, magnos aut fatiditatis, aut aliarum rerum cumulari beneficijs, coepit & illi infantes offerre: vt quatenus ea ferebat aetas, beneficiorum Christi participes fierent. Non enim, vt sanarentur, sicut adulescent, vt spirituali aliquam gratiam perciperent, illi offerbantur, vt statim explicat Evangelista.

Vt eis manus imponeret, & oraret.] Id est, vt impo-

nit super eis manus eius benediceret, beneque precaretur. Hebraeorum consuetudinem fuisse, vt qui maiores erant, & aliqua pollebant diuina gratia, manuum impositione inferioribus benedicerent, constat ex Genes. 48. 14. 15. haec ergo ratione adducti parentes infantes ad Christum afferentes, vt impo-

nit super eis manus, ut benediceret. Vnde Ecclesiastica consuetudo nata est, vt iacii, ac praesertim pueri a sacerdotibus, & Episcopis etiam extra Ecclesiam benedicantur, quam consuetudinem Auctor imperfecti commendat. Disipuli autem inceperant eos.] Id est, prohibebant, vt Euthymius interpretatur; id enim significat etiam verbum inceperant, vt supra alio loco monuimus. Dubium quare discipuli parentes prohiberent ad Christum accedere, & illi infantes offerre. Chrysolomus, Auctor imperfecti, Euthymius & Theophylactus id eo prohibuisse putant, quod eam aetatem indignam iudicarent, vt ad Christum accederet: quasi Christi minorum dignitas, si in benedicens pueris occuparetur. Itaque tanquam de honore & dignitate magistri solliciti, pueros arcebat. Probabilis hoc est, quam quod Hieronymus & Beda dicunt: non quod nolent esse saluatoris & manu, & voce benedici, sed quod necdum habentes plenissimum fidem putarent eum hominum offerentium in partem uitate lassari. Nam quod Christus subicit, sine paruulis venire ad me: talium est enim regnum caelorum, Chrysolomus videtur interpretationem confirmare.

14. Sinite paruulos venire ad me.] Paruulos vocat & per aetatem infantes, & per simplicitatem morum adultos, vt statim explicat dicens, talium est regnum caelorum. Propterea enim non dixit horum, sed talium est regnum caelorum, vt non solum aetate pueros; sed etiam moribus pueris similes conprehenderet, vt Origenes, Hieronymus, Augustinus libro primo de peccatorum meritis capite decimo nono, Beda, Theophylactus & Euthymius monuerunt. Quod Lucas magis expressit capite decimo octauo, decimo septimo addens, Amen dico vobis quicumque non acceperit regnum Dei sicut paruulus non intrabit in illud. Non habent alium Caluinista testimonium, quo infantes baptizandos esse probent, quam quod Christus dicit, sinite paruulos venire ad me. Nam illud fortissimum, & apertissimum, quo semper Ecclesia, vt infantes baptizaret adducta est, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei, illi non de baptismo, sed de doctrina interpretantur: ita fit, vt dum haereticus esse voluit, & Ecclesiae Catholicae resistere seipso excommunit, & Anabaptistis, qui infantes baptizandos esse negant, resistere non possunt. Nam est ex hoc loco aliquid argumenti colligitur; quemadmodum & Dnus Bernardus epistola ducentissima quadraginta colligit: tamen non adeo firmum est, vt tam certi, tanquam necessarii ad salutem dogmatis fundamentum esse possint.

15. Et cum imposuisset eis manus.] Dixit Evangelista vericulo decimo octauo oblatos Christo fuisse pueros, vt manus illi imponeret, & oraret: dicit nunc manus illi imposuisse, sed orationem dicit, cuius rei causam Origenes fuisse putat,

Mos accipien...

Caluinista...

putat, quod Christus manus imposuerit, non autem orauerit: quia infantes impositionis manuum capaces erant: orationis, quam intelligere non poterant, non erant: opinio minime probabilis. Nam opus non erat, vt infantes orationem intelligerent, vt eius participes esse possent: quemadmodum nunc opus non est, vt verba, quibus baptismus confertur, intelligant, vt baptismi fructum percipiant: & in manuum impositione oratio etiam comprehenditur. Nec enim sola manuum impositio sine oratione, ac benedictione vquam adhibebatur, & Marci c. 16. id expressit. *Complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eos.*

16. *Et ecce vnus.* Vnus pro vs quidam positum est: sicut & Galli qui solent. Lucas capite decimo octauo, decimo octauo, principem fuisse scribit, id est, primum, vt interpretor, virum, quia, vt ait Mathaeus versus vigesimo secundo, dices ad modum erit. Videtur multi veteres auctores hunc adolescentem cum illo legisperito, de quo Lucas scribit capite decimo, vigesimo quinto lapsi memoria confidisse: nam & hunc legisperitum fuisse dicunt, vt Hieronymus, Ambrosius in caput decimum octauum Lucae, & Cyrillus Alexandrinus secundo libro thesauri capite primo. Melius D. Basilius in homilia contra diuites auctores non solum non putat legisperitum fuisse, sed legisperito illi, de quo Lucas scripsit, opponit, quod ille tentandi causa, hic descendit Christum accessisset. Et vero si legisperitus fuisse, id potius expressissent Euangelistas, quam alias circumstantias, quas videmus eos magno studio declarasse, vt quod princeps faterit, quod diues, quod adolescens. Putant idem auctores, tum etiam Epiphanius in Anchorato, & h. v. f. 69. hunc etiam adolescentem non bono, ac simpliciter tentandi animo ad Christum adfuisse, quam opinionem et D. Hieronymus, & Chrysostomus, & Euthymius in huius loci commentariis merito mihi videtur, quaequae commentariis refutatur: Primum, quia vt Marcus capite decimo, decimo septimo de declarat valde reuerenter, & suppliciter genua subinde flectens ad Christum accessisset, quod superbissimi, & iusti Scribae, & Pharisei, qui tentantur Christum adhibere, facere non solebant. Deinde quia quoties aliquis tentandi causa Christum interrogat, Euangelista solent exprimere: de hoc vero adolescente nihil tale significarunt. Tertio, quia rogat, quid adhuc sibi desit, vt ad vitam aeternam peruenire possit. Quarto, quia, cum Christus illi dixisset, *vide, & vende, quae habes, & da pauperibus*, tristis discessit, nulla autem tristitia causa fuisse, si malo, simulatque animum Christum interrogasset. Itaque multo melius hinc Chrysostomus quam Hieronymus ad probandam suam opinionem argumentatur. Ad do ego, quod qui tentandi causa Christum interrogabant, non solebant de seipsis, suaque salute: sed de lege, deque rebus controuersis, & curiosis quaestionem proponere, vtan liceat tributum dare Caesari, an liceat quatuordecim ex causa vxorem dimittere, quod sit maximum legis mandatum, cuius illa mulier in resurrectione futura sit vxor, quae dum viuere, septem fratres maritos habuisset. Hic autem adolescens non curiosus, non subilis, non sit peruersus interrogat: sed sibi necessaria, quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam?

Magister bone. Vt ut honorifica praesentatione ad captandam Christi beneuolentiam, Alii Christum Rabbi, id est magistrum aliquid interrogantur appellabant: ille vt maioris animi propehensionem ostenderet, magistrum bonum appellauit.

17. *Quid me interrogas de bono?* Gerce in omnibus fere libris est: *vt magister dixit.* Quid me dicit bonum? nemo bonus, nisi vnus Deus: atque ita legit Origenes tractatu in Mattheum septimo, Hi-

larius, Chrysostomus, Ac hoc imperfecti in hunc locum, & Gaudentius tractatu septimo in: xodum, Nolter interpret legit *vt magister dixit.* Quid me interrogas de bono? quemadmodum in nonnullis etiam nunc Graecis codicibus legitur, & vt Hieronymus hoc loco, & D. Augustinus libro primo de Trinitate capite decimotertio legitur. Origenes vtramque lectionem ponit. Verum eorum coniecturam nequaquam proba, qui vtroque modo Christum dixisse putant, prius quidem, *Quid me dicit bonum?* qui dixerat adolescens *magister bone*, dein de *quid me interrogas de bono?* ita legamus non significat, quid me interrogas, quid boni facturus sis sed quid me interrogas, bonum appellas?

Vnus est bonus Deus. Obiciebant Ariani Catholici hunc locum, vt probarent Christum non esse Deum, quod videtur his verbis ad bonitate, diuinitateque seipsum excludere, vt scribit Epiphanius aduersus Arianos heref. 69. & Cyrillus Alexandrinus libro secundo thesauri capite primo, & D. Basilii in epistola ad Amphilochem, & D. Ambrosius in commentariis in caput decimum octauum Lucae, & D. Augustinus libro tertio contra Maximinum Ariariorum Episcopum capite vigesimo tertio. Omnes respondent Christum non negare se bonum esse, ac Deum. Nam & homines, & Angelos, & multa alia praeter Deum iuxta quodam modo bona esse manifestum est, & multis scripturae exempli probat Epiphanius, sed dicit neminem bonum esse praeter Deum, eo modo, quo Deus bonus est, id est, per se, & natura sua: quemadmodum dixit D. Paulus ad Timotheum. c. 16. solum Deum habere immortalitatem, eum & Angelos, & animos nostros immortales conleat: quia nemo praeter Deum natura sua; id est, non alterius participatione immortalis est: quemadmodum in quaestionibus Christianis proposuit Iustinus explicauit. Itaque et si Christus Deum non fuisse: bonus tamen fuisset: quemadmodum se ad bonitate non excludit dicendo, *Vnus est bonus Deus*, ita non excludit diuinitate: quia in his verbis, vt paulo post explicabimus, maxime indicat se esse Deum. Cur ergo ita Christus adolescens respondit Ratio, quam Caluinus afferre, inepia est, & ad Ariariorum errorem accedit, vt, inquit, ostendit suam doctrinam a Deo profectam esse. Nam neque id Christus voluit ostendere, sed potius dicere se esse Deum: & si voluisset, non bene ea ratione ostendere potuisset. Alii voluisse Christum adolescentem illum, quasi minimum operibus legis confidentem, ab illis auellere, & ad fidem in se adducere, quod facit, dum indicat non solum magistrum bonum, sed etiam bonum Deum esse: ita Origenes videtur significare tractatu in Mattheum octauo, ita certe Epiphanius aduersus Arianos, & Cyrillus libro secundo thesauri capite primo interpretantur. Quod dicitur Christum voluisse significare se esse Deum, vbi me interprobo: quod dicunt adolescentem in operibus legis confidentem, & ab illis eum Christum voluisse reuocare, non proba, nec illi mihi videtur bene probare. Vera igitur causa, cur ita Christus responderit, ea mihi videtur esse, quam Auctor imperfecti homilia trigesima tertia, Hieronymus in commentariis, Gaudentius tractatu 7. in Exodum, Augustinus libro primo de Trinitate cap. 13. & lib. 3. contra Maximinum cap. 23. Beda, Theophylactus, & Euthymius hoc loco asserunt, quod adolescens ille, est bonum, non tamen satis magnam, atque perfectam de Christo habebat opinionem. Manifestum enim est conatum illum fuisse quem magnificentijs titulis Christum ornare, vt cum iniret gratiam: & videmus tamen non nisi magistrum bonum appellasse, quasi nihil de illo supra sentiret. Nam si Deum esse credidisset, aut Deum suum,

Caluinus a. hanc est.

18. *Quae?* Hieronymus qui hunc adolescentem tentandi causa venisse putat, non simpliciter sed fraudulenter interre gaffe dicit, quamquam essent illa mandata: quasi dissimulauerit se esse quod maxime putabat scire: sed hanc opinionem versus refutauimus, & ex ipso verborum contextu percipitum est, eum propterea interrogasse, quantum ea mandata essent, quod ad Christum, itaque ad nouum aliquem, & maximum magistrum venisset, vt aliquid ab eo supra legem diceret, nam legis mandata non solum sciebat: sed etiam obseruauerat, vt versus 20. probabimus. Interrogat ergo, quae praesentia sibi tradat.

Non homicidium faciet. Proponit illi Christus praesentia Decalogi non omnia, sed secunde tantum tabulae: nec ea quidem ordine, sed prout se esse offerebant: nec enim id agebat, vt totum Decalogum memoriter, & ad verbum recitaret, sed vt sententiam proponeret. Porro quaeri, cur prima tantum tabulae mentionem non fecerit. Respondet Euthymius, propterea quod prima tabulae obseruatio in occulto, id est in animo lateat: secunda autem tabulae manifesta sunt opera, non occidere, non mactari &c. Non probationem, nec enim Christum adolescentem arguere vt quidam putant, sed vt nos supra probauimus, docere vult: nec docere, quomodo bonus esse videretur, sed quomodo bonus acuitus esset: nec enim hypocritam, sed Christianum facere volebat. Vera mihi videtur fuisse ratio, quod quicumque secundam tabulam obseruaret, & primam obseruaret: quemadmodum D. Paulus ait ad Rom. 13. 9. 10. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuat. Diliges proximum tuum sicut teipsum: plenitudo ergo legis est dilectio, Propterea.

aut certe Dominum appellasset: voluit ergo Christus sciens eum bono animo de sua salute consulere, eum adiuuare fidem, atque perficere, eoque interrogando perducere, vt non tantum magistrum bonum; sed Deum etiam bonum esse crederet, propterea ex eius ore verbum arripuit, vt doceret tantum illi opus esse: vt ea, quae dixit, bene intelligeret. Vocauerat Christum magistrum bonum, docet illum Christus neminem bonum esse, praeter Deum, vt probet se Deum esse, si bonus est, quemadmodum ille ipse neciens, quid diceret, confessus erat. Fatorum ambiguitatem in verbo esse: nam aliter magister bonum, aliter Deus bonus appellatur: sed haec praesentia ambiguitas gratiam argumentationi affert: sic enim Christus arguitur, quia non intelligat, quod inter magistrum bonum, & Deum bonum interit. Annotauimus alij locis solum fuisse Christum ambiguitatem verborum huius, vt supra c. 8. 22. *Dimittite maritos, speclite maritos suos.* Quare aliqui, cur Christus non eodem modo alij responderit, quos credidisse aliquid aut similibus, aut idem sententia vios fuisse. Ratio mihi videtur esse: quod hic adolescens us eum magistrum bonum appellauerit: quae ex similitudine atque exitulum tribuere singulariter, quem alij tribuere non solebant. voluit ergo Christus eius opinionem arripere, docereque non satis magnum bonum fuisse se enim non solum magistrum bonum; sed Deum etiam bonum esse.

Si autem via ad vitam ingredi, serua mandata. Pernitiosissima, & mentis Christi omnino contraria est interpretatio Caluini: hic enim exponit, quasi Christum bonum illum, & simplicem adolescentem delectare voluerit: quemadmodum si quis interrogans, qua via Romam iretur, extremos Indos ostendit. Sic enim putat Christum respondisse, *si via ad vitam ingredi, serua mandata*, non quod mandatorum obseruatio via aeternae via esset, sed potius diuerticulum, quo a via aeterna homines aberrarent: iuuenem enim illum obseruatione legalium praecceptorum insensum fuisse, atque confusum, quae tantum abest, vt homines ad vitam aeternam euecter, vt ab ea potius recideret. Duple error; alter, quem iam refutauimus, quod exilium illum adolescentem in legalium praecceptorum obseruatione confidit: nec enim confidebat, qui praeter illa quaerebat quod, quid faciendo in vitam aeternam ingredi deretur: alter, quod putat Christum de legalibus agere praesentis, de quibus enim agit, statim ipsemet exponit, *non homicidium facies, &c.* quae praesentia non legalia, sed Evangelica sunt: quibus autem legalia esse putat, legem ignorat: si enim legalia fuissent, via cum ipsa lege fuissent abrogata; tantum vero abest, vt abrogata fuerint, vt ne ceperint maxime vigere, cum ceperit lex maxime mori; vt Christus capite quinto explicauit. Legalia igitur ea tantum, quae cum lege perierunt, vt Circumcisio, caeteraque caeremoniae, ac sacramenta. Verum vite aeternae viam Christus ostendit, & qua longissime Caluinus aberrat. Nam ne via illam legis adolescentem ignorabat: nec eam Christus ostendit: qui ideo venerat, vt enabolita nouam homines viam doceret: velique nosse Caluinus, merita hinc bonorum operum operitum probantur: nec enim mandata ita deo tantum via vite aeternae vocantur, quod per ea, sed etiam quod propter ea ad vitam aeternam homines veniant, vt capite vigesimo quinto 24. 35. manifestum est. *Venite benedicti patris mei, possidite paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Et uti enim, & desideria mihi mandata sunt, & desideria mihi bibere: huius erant, & collegio mandata, & apostolus me. Neque hinc Christus uentura, vt Caluinus putat, nobis aduerfatur: quasi hinc colligatur nulla alia praesentia, praeter decem Decalogi, nullas

que traditiones esse ad salutem necessarias; eodem enim argumento colligeret ad salutem necessarium non fuisse, vt Christiani Apostolorum constitutiones obseruarent, & a sanguine, suffocatoque abtinerent Actorum 15. 20. eodem argumento colligeret nulla esse in Euangelio necessaria sacramenta; nec enim in decalogo continetur. Melius obicere potuisset: si mandatorum obseruatio, vt Christus significat, ad salutem facta est, si dem non esse necessariam. Respondeo, Christum tantum respondisse ad quaestionem adolescentis, quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam: propterea non docet, quid credere debeat: sed quid facere: inter ea autem, quae ad consequendam vitam aeternam facienda erant, sola mandatorum obseruatio sufficiebat, in quibus & parentum, & Ecclesiae mandata, traditionisque comprehenduntur. Nam cum in quarto praesentio iubemur parentes honorare, iubemur illis obedire: cum autem illi iubemur obedire, iubemur obedire omnibus, qui parentum nobis loco esse debent, quales Reges sunt, & magistratus, multo vero magis Ecclesia: quin potius ex hoc loco maximum aduersus Caluistat sumitur argumentum, vt probetur male eos colligere sola nos hinc iustificari, & sanctos fieri, quia sola aliquid nos inter iustificacionis causas nominatur. Nam quemadmodum hic cum sola mandatorum obseruatio causa salutis esse dicitur, non excluditur fides: sed tantum significatur inter ea, quae facienda sunt, facta esse mandata seruare: ita, cum sola fides inter iustificacionis, & salutis nostrae causas nominatur, opera non excluduntur, sed tantum ostenduntur inter ea, quae non facienda, sed cognoscenda sunt: facta esse credere, fidemque nobis licet obseruare, & quodammodo eadem cognitionem illarum omnium scientiae, omniumque dignitatem esse oportere.

19. *Quae?* Hieronymus qui hunc adolescentem tentandi causa venisse putat, non simpliciter sed fraudulenter interre gaffe dicit, quamquam essent illa mandata: quasi dissimulauerit se esse quod maxime putabat scire: sed hanc opinionem versus refutauimus, & ex ipso verborum contextu percipitum est, eum propterea interrogasse, quantum ea mandata essent, quod ad Christum, itaque ad nouum aliquem, & maximum magistrum venisset, vt aliquid ab eo supra legem diceret, nam legis mandata non solum sciebat: sed etiam obseruauerat, vt versus 20. probabimus. Interrogat ergo, quae praesentia sibi tradat.

Non homicidium faciet. Proponit illi Christus praesentia Decalogi non omnia, sed secunde tantum tabulae: nec ea quidem ordine, sed prout se esse offerebant: nec enim id agebat, vt totum Decalogum memoriter, & ad verbum recitaret, sed vt sententiam proponeret. Porro quaeri, cur prima tantum tabulae mentionem non fecerit. Respondet Euthymius, propterea quod prima tabulae obseruatio in occulto, id est in animo lateat: secunda autem tabulae manifesta sunt opera, non occidere, non mactari &c. Non probationem, nec enim Christum adolescentem arguere vt quidam putant, sed vt nos supra probauimus, docere vult: nec docere, quomodo bonus esse videretur, sed quomodo bonus acuitus esset: nec enim hypocritam, sed Christianum facere volebat. Vera mihi videtur fuisse ratio, quod quicumque secundam tabulam obseruaret, & primam obseruaret: quemadmodum D. Paulus ait ad Rom. 13. 9. 10. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuat. Diliges proximum tuum sicut teipsum: plenitudo ergo legis est dilectio, Propterea.

Propter & Christus hic, & D. Paulus illic volentes mandatorum observationem proponere secundum tantum tabulae meminere. Dicit aliquis eadem ratione, ac multo etiam maiore primum tantum tabulae proponere debuisset, quia & prima obseruat, secundam obseruat, qui enim Deum diligit, omnia quae Deus praecipit, facit: et quae prima tabula multo breuior, quam secunda, vt eo magis videatur tanquam omnium praecceptorum summa proponi debuisset. Respondet in haec omnia vera esse: sed tamen facilius esse proximum diligere, quam Deum, vt D. Ioannes 1. epistola cap. 4. 20. arguuntur, qui enim non diligit fratrem suum, quem videt. Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Solet ergo scripturae sacrae ad obseruationem nos mandatorum Dei per secundam tabulam, tanquam per magis faciliorem, magis planam, magis nobis notam viam ducere.

19. Dilige proximum tuum sicut teipsum. Nimis andax O. geos tractat in Mathaeum 8. coniectura est hanc verba ab aliquo esse addita, propter ea quod apud alios Evangelistas non legantur. Praefabatur eximie ab aliis praetermissa, quemadmodum solent non omnia semper dicere, factique Christi commemorat. Est ergo, quasi breuis complexio, quae omnia, quae Christus recitauerat, vno verbo comprehenduntur, quasi & Diuus Paulus ad Romanos 13. 9. 10. & ad Galatas 5. 14. vsus est. Nec enim vnum est praecipuum: sed omnium praecceptorum summa ex Leuitico capite decimo nono, decimo octauo.

20. Omnia haec custodiam in uenture meae. Hilari canone in Mathaeum 19. Auctor imperfecti hominis. 33. Ambrosius in commentariis in cap. Lucae 12. D. Augustinus epistola octuagesima nona. Hieronymus & Beda hoc loco, & nonnulli, vt opinor, Graeci, quorum Theophylact. opinionem recitat, existimant hunc adolecentem, cum dixit se omnia mandata seruaturus esse, fuisse mentium. Multo magis D. Basilij homilia contra diuites auaros, & Chrysostomi, atque Euthymij probentur, qui dicit, quod res erat, nec enim sine causa narrat Mare. cap. 10. 21. Christum hoc aduocato eum dixisse, quod profecto non fecisset, si simulator fuisset, quod Christum omnia scientem latere non poterit. Quod autem Caluinus respondet dicitur, sic eum, sicut diligit Deus res omnes naturales, quae natura sua bonae sunt: ridiculum est. Nam isto quidem modo non solum omnes homines: sed omnes etiam demones diligit. Persequitur autem est Evangelistam aliquem Christi erga hunc adolecentem propter mandatorum obseruationem singularem amorem significare voluisse, quo amore non solum non alios peccatores, sed ne illum quidem ipsum, antequam id audiuisset, prosequeretur: non quod id prius ignoraret, aut quod non prius eum diligeret: sed quod ostenderet se more hominum ex eius responso, quod ante ignoraret, dicitur, & quem ante non diligebat diligeret coepisse. Quod ad confirmationem sententiae nostrae factum est. Magis etiam ridiculum, quod quidem Caluinus Catholicis ex hoc loco colligebat peccatores posse se pro bona opera, & mandatorum obseruationem ad iustificacionem disponere: ea enim bona, quae facit, antequam iustificetur, suo quodammodo Deo gratia esse, ac vt Theologi vocant, meritoria de congruo, respondet eodem modo ranae, & culices mereri: quia ea, quae faciunt, naturaliter bona sunt, & quae Deus amat. Iam enim de uicinis Christum hunc adolecentem non tantum propter naturalem bonitatem, sicut omnes communiter homines: sed proprie propter mandatorum obseruationem, quae naturalis non est, singulariter amare.

Caluinus respondit.

Mertium de congruo.

21. Si uis perfectus esse, uade, vende omnia, quae habes: & da pauperibus. Per uera etiam hoc loco, & magna interpretatio Caluini, qui existimat Christum non serio, & vt perfectionis consilium daret: sed caute, vt adolecentis hypocritam detegeret, hoc illi dixisse. Quia enim, inquit, mentium est, dicens se mandata omnia obseruasse, uoluit Christus, vt palam omnes intelligerent non esse, proponit illi vnum tantum praecipuum, ex quo, an proximum diligeret, apparet, vt venderet omnia, & daret pauperibus, & sciens eum facturum non esse, atque ita eius mendacium deprehendendum. Multi sunt hic eius errores: primus est, quod illum adolecentem mentium putet, quem superiore uerbo refutauimus. Hic dignus erat uenia, nec error appellandus, quia multi, vt diximus, & graues auctores in eadem fuerunt opinione: nisi illi Catholico, Caluinus haeretico animo dixerit, non, vt aliquod eorum auctoritati tribueret, quos si fecisset ita sensisse, contrarium fortasse, vt solet, dicitur fuisse: sed vt Evangelicae consilia, quae illi & probaturum maxime, & seculum non solum ipse non sequebatur, sed etiam refutaret, & quantum in se esset, penitus tollerent. Secundus est, quod nullum prorsum consilium esse putet, & hoc ipsum, quod Christus adolecenti dixit, ut sua omnia venderet, & daret pauperibus, seque sequeretur, non consilium, sed praecipuum esse dicit, quod ante illum nemo cogitauerat. Est genus quoddam Pelagianorum, qui olim docere uidebantur neminem saluum esse posse, nisi omnia venderet, & daret pauperibus, quasi non consilium, sed praecipuum hoc esset, non tam ab Augustino epistola 59. paucis uerbis refutatum, quam, vt insani ab omnibus irrisi. Est uero quis non uidet consilium illud esse, quod cum bonum sit, imperatum tamen non est, alioquin & perpetuum seruare uirginitatem praecipuum esset, quia bonum esse D. Paulus testatur. At hoc Caluinus, vt opinor, non concedit. Nam si praecipuum est, seruari ergo ab omnibus debet, & qui non seruant, salui esse non possunt. Itaque eo Caluinus suo errore ducatur necesse est, ut asserat, quod olim Eustachiani in Concilio Gangrensi condemnati asserunt, neminem, qui uxorem haberet, saluum esse posse, & istuli illi Pelagiani dicebant, neminem posse ad vitam eternam peruenire, nisi omnia venderet, & pauperibus daret. Deinde quistam obfusca est, ut non animaduertat, quam exquisitis studiis uerbis praecipua Christi, consiliaque distinguat? Cum de praecipuis loquitur, non dicit, si uis perfectus esse, seruare mandata: sed si uis ad uitam ingredi, sed si uis perfectus esse. Praeterea mandatorum obseruationem, tanquam praemium, proponit uitam eternam, si uis, inquit, ad uitam ingredi seruare mandata: obseruationem uero consiliorum non uitam eternam, sed thesaurum in caelo, id est uirginitatem maiores diuitias pollicetur. Et non solum sceleris, inquit, & uis super sedes duodecim induentes duodecim tribus Israel. Non possum ego melioribus uerbis, quam Augustinus sermone sexagesimo primo, de tempore, aut probare, aut expiare Evangelicae consilia. Aliud, inquit, est consilium, aliud praecipuum. Consilium datur, ut uirginitas conferretur, ut uis, & a carnibus abstineretur, ut venderetur omnia, & pauperibus erogaretur. Praecipuum uero datur, ut consilia, & uis custodiantur, ut omnia homo ducat a malo, & praecipua faciat bonum. Denique de uirginitate dicitur, qui uis capere, capias de uis uero non dicitur, qui uis facere faciat, sed omnia abor, quae non facit factum bonum, extenditur, & in quem miseretur. Consilium qui libenter audiunt, & serui, maiorem habent gloriam, praecipuum qui non implentur, nisi pauca iuuant.

Erronei malitiam Caluini refutauit.

Peccata consilium contra Caluinum defendit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Præcepta uis omnia seruari possunt contra Caluinum.

Caluini errorem refutauit.

Meliorum uis pauperibus datur praecipuum contra Caluinum.

subuenit, panem emere non poterit. Et rursum in libro de sancta uirginitate cap. 14. Praecipit, inquit, quisquis non obtulerit, reus est, & debitor panis. Proinde, quia uxorem ducere, uel nubere peccatum non est: si autem peccatum esset, peccatum uideretur, propterea praecipuum Domini de uirginitate nullum est, sed quantum de uirginitate, remissio peccati, ad eandem est uita aeterna, in qua est quaedam egregia gloria, non omnibus in aeternum uicturum, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequenda parum est libertatem esse a peccato, nisi aliquid ipsi liberatori uoluerit, quod non sit criminis non uoluisse, sed uoluisse, ac reddidisse sit laudis. Consilium, inquit, do, tanquam inferiori dicitur a Deo, ut fidelis essem, & eisdem libri capite trigesimo. Nec enim sicut non machaberis, non occides, ita dici potest non nubes: illi exiguntur, ista offeruntur. Si sunt ista, laudantur, nisi sunt illa, damnantur in illis dominus debet imperari uobis in hoc uero, si quod amplius supererogaueris, in redeundo reddet uobis. Et sermone decimo octauo de uerbis Apostoli, Quid iubes non adultere simus? hoc praecipit, amando te plus facimus, quam iubes. De uirginibus, ait Apostolus praecipuum Domini non habeo. Ergo quare hoc faciunt. Consilium autem do. Ille autem mentes, quibus terrene nuptia uidentur, quae terrenis amplexus non desiderauerunt, vsque adeo acceptauerunt praecipuum, ut non reculerent consilium. Fiant Caluinista, & negent uilum esse consilium, dicant opera supererogationis Sophistaram esse commentum. Nos enim Christum, & Diuum Paulum consiliorum ac praecceptorum doctores atque assertores: Christi uero, ac Diui Pauli Diuum Augustinum, omnesque omnino ueteres auctores interpretes habemus.

1. Cor. 7. 25.

1. Cor. 7. 25.

1. Cor. 7. 25.

1. Cor. 7. 25.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

Caluini obfusca consilia super praecipua diluit.

A que in libro de Ecclesiasticis de gratibus capite septuagesimo primo Gennadius indicauit. Non Caluinus, non Vigilantius, sed Christus est, qui adolecenti consilium dedit, ut si perfectus esse uellet, non post longas inducias, sed statim; nec paulatim sed simul omnia, quae haberet, venderet, ac pauperibus daret, sequendum nudus quoque sequeretur. Et habebis thesaurum. Valde si, cum apud magnum quendam haereticorum interpretem hanc expositionem legerem, ne, inquit, putaret sibi perditam esse bona, si illa pauperibus daret, adiunxit praecipuum huius uisitationem. Per imitationem autem loquitur ob id, quod hic adolecens non simpliciter bona sua, sed thesauri loco possidebat. Quasi dicat, putas te thesaurum habere, quia diues es, maiorem habebis in caelo, si me audieris. Quae omnia propterea haereticus iste dicit, ne merita bonorum operum, quae hinc manifestissime colliguntur, colligi posse uideantur; propterea paucis uerbis multos errores complexus est; quod praecipuum uocat, quod consilium est, quod propterea putet Christum uitam aeternam thesaurum appellasse, ut ad adolecentis opinionem alluderet, qui magnum se habere thesaurum arbitraretur; quod non sensum esse propter res istas, & pauperibus data bona thesaurum in caelo illum habiturum, ne merita concedere uideatur. Primum errorem factis paulo ante refutauimus. Secundum non magno opere opus est refutare, quia quisquis aliquid habet iudicii, facile reprehendet, & ridebit. Quis enim tam hebes est, ut non animaduertat, uoluisse Christum ad meritorum consuetudinem alludere, qui uno loco maiorem pecuniae summam dare solent, ut in alio longe distante maiorem recipiant? Propterea ergo uitam aeternam thesaurum appellauit, quod hic bona reponantur, ut illic aeterna inueniantur, sicut solet quotidie crescere thesaurum cum ab aliquo reconditur: quemadmodum capite sexto, uigesimo, Christus dixit, thesaurum in caelo, ubi neque argo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, neque furantur. Agebat autem de elemosyna, sicut hoc loco, significat eum, qui dat elemosynam, quasi in caelum thesaurum transmittit, sicut Salomon dixit Proverbiorum decimo nono, decimo septimo, fameratur domus, qui miseretur pauperis. Ex illo ergo superior loco, non ex haereticorum interpretatione hic est intelligendus. Praeterea quis non animaduertit, uoluisse Christum hominem diuitem, & ut uero huius est, de dicitur lucro spe maioris lucri, qui eiusmodi homines capi solent ad regnum caelorum allicere? quasi dicat, etiam si multa habes bona; multo tamen plura, maioraque recipies, si ea pauperibus dederis. Itaque tantum abest, ut uoluerit Christus ad thesaurum, quem se adolecens habere arbitraretur alludere, ut potius uoluerit significare illum nihil habere; si ea quae habet, cum regni caelorum diuitiis comparauerit; illum enim, ut diues sit, tamen thesaurum non habere, quem non nisi Reges, nec illi quidem omnes habent: in caelo autem thesaurum habiturum. Thesaurum ergo regi caelorum epibus adolecens non arguiparatur; sed opponit: quemadmodum si quis exiguus possit hominibus ingentes totius mundi opes opponat. Praeterea illud Christus significat, eum maiorem in caelo gloriam habiturum, si Evangelicae consilia, quam si sola praecipua secutus fuerit tantum quae praecipua sola sequuntur, singulis singulos namque denarios accipiant, ut sequenti capite, uericulo nono, & decimo explicatur: illum autem, si praeter praecipua, quae iam seruauerat, hoc etiam consilium amplexus fuerit, ut omnia sua bona pauperibus tribuat: non tantum denarium, sed ingentem etiam thesaurum accepturum esse. Atque hinc etiam tertius error refutatur.

Auctor libri de Ecclesiasticis, Gennadius.

ex hoc enim sensu, quem proprium, ac genuinum esse constat, manifestum est homines per elemosinas, & proinde per omnia opera bona vitam aeternam promereri. Idem enim, sicut magis quidam hunc loco significatur, quam apud Lucam cap. 6. 9. facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Nam & illic de elemosynis agit, & facere sibi amicos nihil aliud est, quam eorum amicitiam, gratiamque promereri. Atque hoc sensu omnes veteres doctores interpretantur. Cyprianus libro de opere & elemosyn. negotiatorem exaltat gratia, & comparatorem salutis aeternae dicitur omnibus rebus suis pretiosam margaritam, hoc est, vitam aeternam Christi cruore pretiosam de quantitate patrimonij suidicere debere mercari, & Hilarius in tractatu de resurrectione substantia colorum operum emenda. Iam, & Chrysostomus in homil. in Mattheum 64. Nam quoniam magna illi cura de pecuniis erat, & quandoquidem ipse cum eandem denudari rebus consuebat, ut ostendat non amissurum bona sua: sed tanto plura, maioraque inuenturum, quanto terra caelum prestabilis est, retributionis praesentiam thesaurum appellavit, & simul stabilitatem, atque incorruptibilitatem praesentem, ut fieri poterat, humano verbo significatam expressit. Ad eandem modum Chromatius in commentarijs in cap. 6. Matthei.

Et veni sequerem. Tris Christus adolescenti facienda praescribit, ut omnia bona sua venderet, vt consecraret pecuniam pauperibus daret, vt se sequeretur, quod vltimum omnium summa erat. Nam & Socrates, vt ait Hieronymus, & alij multi Philosophi diuitias contempserunt; sed quia Christum secuti non sunt, nihil illis profuit. Quomodo autem Christus intelligat sequere me, minus certum est, quia vulgo videtur existimari. Clemens Alexand. libro Stromatum. 4. Hieronymus hoc loco, alijque nonnulli interpretes de Christi imitatione dictum intelligunt, quod & ex Marco 10. 21. videtur confirmari, vbi in quibusdam Graecis codicibus legitur dicitur ad eum tollens crucem: sed verum illud verum iudicat Christum non de imitatione solum, sed de corporali etiam comitatu agere, multaque eum, vt se sequatur, quem admodum Apostoli, & familiares discipuli sequerentur. Quod autem Marcus ait tollens crucem, si eam lectionem admittimus, contrarium huic interpretationi non est. Nam Apostoli, & discipuli maxime crucem ferebant, qui Christum non animo tantum: verum etiam pedibus proximi sequebantur.

22. Alij tristis. Haretici interpretantur propter tristitiam abijse, quia victus, atque confusus conscientia sua fuerat, quod mandata non seruauisset: quem admodum se paulo ante iustitiam: sed hanc interpretationem iam versus viginti. refutauimus. Tristis ergo abiit, quia, cum mandata seruauisset, non existimabat quicquam sibi tam arduum, quam Christus dixit, ad consequendam perfectionem superesse, vt vendenda sibi omnia bona essent, & pauperibus distribuenda. Denique rationem, cur tristis discesserit, expressit Evangelista, erat enim habens multas possessiones. Facilius enim est pauca, quam multa bona derelinquere.

23. Dites. Marcus capite decimo vigesimo tertio, & Lucas decimo octauo, vigesimo quarto pro diuite dicunt, qui pecunias habet, non quantaliquae, sed magnas pecunias intelligentes: de diuitibus enim Christus, vt Mattheus explicauit, loquebatur. Difficile intrabit in regnum caelorum. Marcus scribit Christum ei, cum secessisset, dixisset, quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt: quod verum quae ad sententiam commendationem, & exaggregationem pertinet. Circumplexus enim ad po-

stulandam attentionem rem maxime necessariam dicitur videtur, & eadem de causa vsus admiratione, O quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. Potest dubitare lector, quoriam hoc de adolescente Christus dicit, & quoriam Apostolis; cum adolescentem non praecipuum obseruatione, nec arsum celorum ingressu; sed iam Evangelicae perfectionis consecutione diuitia retardat. Responso est facili, Christum ex adolescente, qui propter diuitias a consilij Evangelicis deterrens fuerat, occasione accepisse de diuitibus in vniuerso genere disputandi, quem admodum vita aeterna propter diuitias retardatur.

24. Et iterum dico vobis. Marcus cap. 10. 24. scribit, antequam hoc Christus diceret, discipulos miratos fuisse; vnde horum verborum sensus colligendus est, quia enim Apostoli mirabantur, quia nimis dura esset, ac ferua sententia; respondit Christus eam etiam, atque etiam exaggerans, & feruorem reddens; neque hoc est, quod ait, iterum dico vobis, quasi dicit, non solum, quod modo dixi, verum etiam; sed amplius etiam vobis dico, facilius esse camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum.

Facilius est camelum. Absurditas, vt videbatur, aut potius admirabilitas huius sententiae in causa fuit, vt quidam camelum nomine nauiculae funem, quo anchora alligantur, intelligunt: quasi absurdum est camelum praegratum, & deforme bellum per foramen acus introire: funis autem cum acu analogiam etiam haberet, quia solet filium, aut funiculum per foramen acus indui, & auctore Suda Graecum nomen adhaerere id etiam significat. Sic Theophylactus interpretatur, & nonnulli alij, vt opinor, Graeci, vt refert Euthymius. Alij peius in vrbe Ierosolymitana portam quandam fuisse fingunt, quae foramen acus appellatur, adeo humilem, vt camelus per eam, nisi exonerati, ingredi non possent. Ilii interpretes non animaduertunt, quo absurdum videtur, eo veriorum oportere esse sententiam: propterea enim Christus dixit facilius esse camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum caelorum, quia camelum per foramen acus introire maxime absurdum, & impossibile erat; & volebat significare maxime absurdum, & impossibile esse, vt diues in regnum caelorum introiret, sicut paulo post versus 26. hoc inquit, apud homines impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt, itaque quae ratione non sunt, ne camelum animal intelligerent: ea maxime moueri debuerunt, vt animal interpretarentur, quem admodum Origenes, Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, Auctorimperfecti, Iuuenius libro tertio histor. Euangel. Seculus libr. 4. carminum interpretatur. Syrus etiam interpres versus 26. hoc inquit, quod non potest, nisi camelum animal significare. Erat autem hae proverbialis vulgo locutio, quia cum aliquid significabatur, impossibile esse, dicebatur facilius camelum per foramen acus introire posse, quam id fieri, quem admodum & Thalmudice sepe loquuntur, vt multum viri docti annotauerunt. Est autem hyperbole, & exaggeratio, qualis in eiusmodi proterbijs esse solet, itaque disputare quomodo difficultus sit diuitem in regnum caelorum, quam camelum per foramen acus introire, inanis est operae: cum sententia summam esse consistat valde esse difficile diuitem in regnum caelorum introire, nec sit necesse, vt difficultus sit, quam vt camelus per foramen acus introeat, quia, vt diximus, proverbialis hyperbole est. Illud maioris, vt arbitror, est operae praeter inuestigare. cur potius de diuitijs, quam de alijs rebus hoc dictum sit, cum multa sint aliae, quae hominibus salutem ma-

gis impediunt, vt ambitio, libido, iracundia. Ratio, vt ego quidem existimo, est; quia caetera res, etiam aliquos magis, tamen plerisque minus impediunt, diuitiae vero fere omnes retardant, quia omnes auaritia student, a minore vsque ad maiorem, hae quinquagesimo, vnde decimo, & Ieremias 6. 17. & 10. & de ipsis Euangelij praedicatoribus loquens D. Paulus ad Phil. 2. 21. dixit omnes, quae sua sunt, querunt, non quae sunt Iesu Christi. Quasi dicant, cum omnes diuitijs incumbant, & diues in regnum caelorum introire non possit, quibus saluus esse poterit? Marcus cap. 10. 26. ait Apostolos hoc dixisse inter se ipsos, id est tacite, ita vt ipsi soli audire possent, quod ideo notandum putauimus, quia ex eo versus 26. intelligendus est. Propterea, vt arbitror, Christus discipulos asperxit, vt indicaret, se eorum cognouisse cogitationes, sermoneque, quamuis secretos, intellexisset; eo enim pertinet, quod Marcus, vt paulo ante annotauimus scriptis Apostolos hos inter se tantum sermones multisalisse. Apud homines hoc impossibile est. Omnes Euangelista in eo conueniunt, vt priori loco doceant difficile esse diuitem intrare in regnum caelorum: secundo loco dicant impossibile esse. Quod magnum est argumentum eos non sententiam tantum: sed verba etiam Christi rectissime, Christumque voluisse sententiam suam magis, ac magis exaggerando confirmare. Primum enim simpliciter dixit, difficile esse diuitem in regnum caelorum introire: secundo loco dixit facilius esse camelum introire per foramen acus. Tertio impossibile omnino esse, sed apud homines, non apud Deum. Tunc respondens Petrus, Id est, verba facere exorsus, eo Hebraismo, quo vt saepe notauimus, respondere dicitur quicumque loquitur, quamuis nemini interroganti, aut loquenti respondeat. Quamquam hoc loco Petrus videtur potest Christo prius locuto respondisse. Eccc nos reliquimus omnia. Causam cur hoc Petrus interrogauerit, nonnulli fuisse putant, quod Christus adolescenti dixisset, vende, & vende, quae habes, & da pauperibus, & veni sequerem: Petrus vero de se deque alijs Apostolis dubitauerit, quale essent praerium haberi, quia etsi sua omnia reliquerant, tamen nec venderant, nec pauperibus dederant; ita vt non viderentur Christi factis fecisse consilio, nec digni esse, vt promissum adolescenti in caelo thesaurum consequerentur. Secus, vt mihi videtur, potius apparet, voluisse Petrum significare se, alioque Apostolos fecisse iam, quod Christus ab adolescente illo postulauerat, quem admodum Origenes, Hieronymus, & Chrysostomus existimant. Cur ergo dubitabat, quid erit nobis? cur non crederet se, caeterosque Apostolos thesaurum in caelo haburos, quia thesaurum Christum, ideo adolescenti promiserat, quia possessiones multas relicterat erat: Apostoli vero paucos, & exiguos, aut etiam nullas reliquerant: ideo thesaurum in caelo sperare non audent: sed quia si quem in caelo gradum sperant, interrogant qualis, quantum sit futurus sit. Nec illud probat, quod interpretes illi absolute, & sine exceptione pronuntiant Apostolos bona sua non vendidisse, nec dedisse pauperibus. Nam etsi id in scriptura expressum non est, tamen est credibile, & Apostolorum virtutis, perfectionisque consentaneum aut omnes aequaliter vel omnia, vel aliqua ex his, quae habebant, vendidisse, ac dedisse pauperibus; qui vero non venderunt, propinquis suis, quia veropateres erant, reliquissent: idque ex Petri interrogatione haud improbabili coniectura colligitur; cum enim rogat, ecce nos reliquimus omnia; quid ergo erit nobis? quatenus non dicat vendidimus & pauperibus dedimus; intelligit tamen vult, quia si-

gnificat se omnia fecisse, quae Christus ab adolescente postulabat. Quem admodum versus sequenti Christus respondit, Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me. Quamuis non dicat, eos sua omnia reliquisse, intelligitur tamen. Dicit aliquis, quomodo Petrus, & reliqui Apostoli fecerant, quod ab adolescente Christus requirebat, siquidem pauca quaedam & vilia reliquerant; ille autem possessiones multas quas habebat, relinquere iubebatur. Respondet alibi Diuus Gregorius, & eius verbis Bernardus in declamatione in haec verba. Multum deseruit, qui voluntatem habendi deseruit. A sequentibus tanta relicta sunt, quanta non sequentibus desiderari poterunt.

28. Vos qui secuti estis me. Non dicit reliquisset omnia; sed dicendo, quod magis erat, quod erat minus, intelligit, vt Diuus Hieronymus indicauit. In regeneratione. Diuus Hilarius, & Auctor imperfecti homilia trigesima tertia, regenerationem baptismum interpretatur. Sic enim apud Diuum Paulum appellari ad Titum tertio, aut tempus quo baptismus frequentandus erat post Christi resurrectionem, quasi dicit fore, vt Apostoli, cum Ecclesia florere coepit, in magna finit, siuple, aucto ritate. Sed manifestum est, regenerationem hoc loco extremum iudicium appellari, siue quia tunc totus mundus renouandus est, & quomodo dicitur regenerandus, vt ait Iohannes in Apocalyp. capite vigesimo primo. Vidi caelum nouum, & terram nouam, & versus quinto. Ecce noua facio omnia, & Diuus Petrus in secunda epistola capite tertio, decimo tertio, nouos vero caelos, & nouam terram secundum promissam ipsius expectamus, & hanc capite sexagesimo quinto, decimo septimo. Ecce ego vtro caelos novos, & terram nouam, & capite sexagesimo sexto, vigesimo secundo, sunt caeli noui, & terra noua, quae ego facio sicut coram me dicit Dominus, si stabit semen vestrum, & nomen vestrum, & Diuus Paulus ad Romanos nono, v. getimo primo. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei: siue quia tunc mortalitatem exiit, induit vero immortalitatem regenerandi quodammodo homines sumus, vt Diuus Paulus ait 2. ad Corinth. 5. 4. nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingenimusque graui, ut quod naluim exsolari, sed super est: vt ab orbator, quod mortale est, & vita, & ad Philip. tertio, vigesimo primo, si formabit corpus humilitatis nostrae, conformatur corpori claritatis suae. Sic Diuus Augustinus libro tertio, contra duas epistolas Pelagianorum capite tertio, & libro quarto, capite vndecimo, & libro secundo, contra Iulianum, & Gregorius libro quarto, moralium capite vigesimo tertio, Theophylactus, & Euthymius in commentarijs, & Diuus Bernardus in declamatione, quam in hunc locum scripsit, & Gaudentius in praefatione in Exodum.

Cum sederis ius hominis. Diuus Hilarius, & Auctor imperfecti, qui per regenerationem baptismum vigorem & gloriam intelligunt, sedere filium hominis interpretantur non in tribunali ad iudicandum; sed ad dexteram patris, vbi paulo post resurrectionem in caelum ascendens sedere coepit. Chrysostomus vero, Euthymius, & Theophylactus, etsi id de iudicio interpretantur, tamen non existimant vllam sedem Christi, neque Apostolorum; sed solam gloriam, maiestatemque significari, in qua Christus, & secundum illum Apostoli apparituri sunt. Non agitur de Christi ad dexteram patris sessione manifestum est, omnneque praeter Hilarium, & Auctorem imperfecti interpretes dicunt, cum de iudicio Christus loquatur, sederis, inquit, & vos iudicantes duodecim tribus Israel: Seda Christus, si est, non sederis, nec certum est, & est fortasse curiosum inquirere, & aliquid de hinc velle temerarium: sed temerarium non est coniecturas, quo nos du-

lis in caelo iudicantibus, quod Christus adolescenti dixisset, vende, & vende, quae habes, & da pauperibus, & veni sequerem: Petrus vero de se deque alijs Apostolis dubitauerit, quale essent praerium haberi, quia etsi sua omnia reliquerant, tamen nec venderant, nec pauperibus dederant; ita vt non viderentur Christi factis fecisse consilio, nec digni esse, vt promissum adolescenti in caelo thesaurum consequerentur. Secus, vt mihi videtur, potius apparet, voluisse Petrum significare se, alioque Apostolos fecisse iam, quod Christus ab adolescente illo postulauerat, quem admodum Origenes, Hieronymus, & Chrysostomus existimant. Cur ergo dubitabat, quid erit nobis? cur non crederet se, caeterosque Apostolos thesaurum in caelo haburos, quia thesaurum Christum, ideo adolescenti promiserat, quia possessiones multas relicterat erat: Apostoli vero paucos, & exiguos, aut etiam nullas reliquerant: ideo thesaurum in caelo sperare non audent: sed quia si quem in caelo gradum sperant, interrogant qualis, quantum sit futurus sit. Nec illud probat, quod interpretes illi absolute, & sine exceptione pronuntiant Apostolos bona sua non vendidisse, nec dedisse pauperibus. Nam etsi id in scriptura expressum non est, tamen est credibile, & Apostolorum virtutis, perfectionisque consentaneum aut omnes aequaliter vel omnia, vel aliqua ex his, quae habebant, vendidisse, ac dedisse pauperibus; qui vero non venderunt, propinquis suis, quia veropateres erant, reliquissent: idque ex Petri interrogatione haud improbabili coniectura colligitur; cum enim rogat, ecce nos reliquimus omnia; quid ergo erit nobis? quatenus non dicat vendidimus & pauperibus dedimus; intelligit tamen vult, quia si-

gnificat se omnia fecisse, quae Christus ab adolescente postulabat. Quem admodum versus sequenti Christus respondit, Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me. Quamuis non dicat, eos sua omnia reliquisse, intelligitur tamen. Dicit aliquis, quomodo Petrus, & reliqui Apostoli fecerant, quod ab adolescente Christus requirebat, siquidem pauca quaedam & vilia reliquerant; ille autem possessiones multas quas habebat, relinquere iubebatur. Respondet alibi Diuus Gregorius, & eius verbis Bernardus in declamatione in haec verba. Multum deseruit, qui voluntatem habendi deseruit. A sequentibus tanta relicta sunt, quanta non sequentibus desiderari poterunt.

28. Vos qui secuti estis me. Non dicit reliquisset omnia; sed dicendo, quod magis erat, quod erat minus, intelligit, vt Diuus Hieronymus indicauit. In regeneratione. Diuus Hilarius, & Auctor imperfecti homilia trigesima tertia, regenerationem baptismum interpretatur. Sic enim apud Diuum Paulum appellari ad Titum tertio, aut tempus quo baptismus frequentandus erat post Christi resurrectionem, quasi dicit fore, vt Apostoli, cum Ecclesia florere coepit, in magna finit, siuple, aucto ritate. Sed manifestum est, regenerationem hoc loco extremum iudicium appellari, siue quia tunc totus mundus renouandus est, & quomodo dicitur regenerandus, vt ait Iohannes in Apocalyp. capite vigesimo primo. Vidi caelum nouum, & terram nouam, & versus quinto. Ecce noua facio omnia, & Diuus Petrus in secunda epistola capite tertio, decimo tertio, nouos vero caelos, & nouam terram secundum promissam ipsius expectamus, & hanc capite sexagesimo quinto, decimo septimo. Ecce ego vtro caelos novos, & terram nouam, & capite sexagesimo sexto, vigesimo secundo, sunt caeli noui, & terra noua, quae ego facio sicut coram me dicit Dominus, si stabit semen vestrum, & nomen vestrum, & Diuus Paulus ad Romanos nono, v. getimo primo. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei: siue quia tunc mortalitatem exiit, induit vero immortalitatem regenerandi quodammodo homines sumus, vt Diuus Paulus ait 2. ad Corinth. 5. 4. nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingenimusque graui, ut quod naluim exsolari, sed super est: vt ab orbator, quod mortale est, & vita, & ad Philip. tertio, vigesimo primo, si formabit corpus humilitatis nostrae, conformatur corpori claritatis suae. Sic Diuus Augustinus libro tertio, contra duas epistolas Pelagianorum capite tertio, & libro quarto, capite vndecimo, & libro secundo, contra Iulianum, & Gregorius libro quarto, moralium capite vigesimo tertio, Theophylactus, & Euthymius in commentarijs, & Diuus Bernardus in declamatione, quam in hunc locum scripsit, & Gaudentius in praefatione in Exodum.

Cum sederis ius hominis. Diuus Hilarius, & Auctor imperfecti, qui per regenerationem baptismum vigorem & gloriam intelligunt, sedere filium hominis interpretantur non in tribunali ad iudicandum; sed ad dexteram patris, vbi paulo post resurrectionem in caelum ascendens sedere coepit. Chrysostomus vero, Euthymius, & Theophylactus, etsi id de iudicio interpretantur, tamen non existimant vllam sedem Christi, neque Apostolorum; sed solam gloriam, maiestatemque significari, in qua Christus, & secundum illum Apostoli apparituri sunt. Non agitur de Christi ad dexteram patris sessione manifestum est, omnneque praeter Hilarium, & Auctorem imperfecti interpretes dicunt, cum de iudicio Christus loquatur, sederis, inquit, & vos iudicantes duodecim tribus Israel: Seda Christus, si est, non sederis, nec certum est, & est fortasse curiosum inquirere, & aliquid de hinc velle temerarium: sed temerarium non est coniecturas, quo nos du-

habituus.

Provisione apud Iulianum factum esse camelum, &c.

Apostoli bona sua pauperibus dederunt.

Homil. in Euang.

Regeneratio in scriptura interdum extremum iudicium significat.

cunt, probabiliter sequi. Hanc igitur ego secutus A
 & Christi, & Apostolorum sedes nubes futuras ar-
 bitror, quia vbiq; scripturam video dicere Chri-
 stum in nube venturum, vt infra capite vigesimo
 quarto, trigesimo, & vigesimo sexto, & sexagesimo
 quarto, & Apocalypsis primo, septimo, & est vero
 simile in eadem nube, quia venturus est, seorsum ef-
 se. Id etiam ex alio loco Apocal. colligitur c. decimo
 quarto, decimo quarto, & vidi, & ecce nubem candi-
 dam, & super nubem sedentem similem filio hominis ha-
 bentem in capite suo coronam auream, & in manibus sua-
 lum acutam. De Christo enim loquitur Ioann. cum
 filium hominis appellet, & de extremo iudicio, vt
 falx in manu sedentis declarat. Apostolorum au-
 tem sedes futuras esse similes indicat hoc loco Chri-
 stus, sedebitis inquit, & vos sedebitis. De numero se-
 dium dubitari potest, quomodo duodecim futuras
 esse dicat, cum constet Iudam vnum e duodecim
 quartis seorsum non esse. Itaque si vndecim
 tantum sedebunt, tantum vndecim erunt sedes. Si
 prater vndecim Apostolos, qui sufficiunt, etiam
 Paulus, & Barnabas, qui postea ad Apostolatu extra-
 ordinarie vocati fuerunt, sedebunt non duodecim,
 sed tredecim erunt sedes. Respondent Diuus Au-
 gustinus libro vigesimo primo, de ciuitate quinto
 & Beda in commentariis ad hunc locum cum
 numerum certum, & finitum pro incerto, & in-
 finito positum esse: quasi dicat, sedebitis vnusquisque
 super sedem suam. Sed quia duodecim erant Apo-
 stoli, quibuscum loquebatur, dixit, super duodecim
 sedes, quasi etiam Iudas seorsum esset; non quod pu-
 tarer esse seorsum; sed quod si in officio persistisset,
 sicut alii, seorsum fuisset: quemadmodum Diuus
 Chrysolomus annotauit. Loquitur enim Chri-
 stus, vt Theologi dicunt, secundum presentem ius-
 titiam, & non tam de personis, quam de perso-
 narum statu: quasi dicat, sedebitis vnusquisque
 habere propitium primum, vt qui eo bene fun-
 ctus fuerit, super sedem in iudicio seorsum sit, & ce-
 teros iudicaturus.

*Quomodo
 Apostoli
 duodecim se-
 des sint lig-
 da.*

*Quomodo
 Apostoli
 iudicabunt.*

Rom. 11. 34.

solum iniustus, sed ne iustus quidem omnibus con-
 cessum sit. Quis autem ille honorificentior mo-
 dus sit, mea hanc est opinio, quam neminem sequi
 ego; Apostolos iudicatos, tanquam doctores,
 tanquam testes accusantes quodammodo eos, qui
 sibi Euangelium predicauerunt; & salutis viam
 docentibus credere noluerunt: condemnabant
 enim eos conuincentes eorum incredulitatem, di-
 centesque fecisse, vt illi crederent, & salui ef-
 sent, quicquid poterunt. Quemadmodum de
 Moyse Christus dicit Ioannis quinto, quadragesi-
 mo quinto, nolite putare, quia ego accusaturus sum
 vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses. Moysen
 enim dicit eos accusare, non quod verbis accuset;
 sed quod nec illi credere, nec eius legem seruare
 voluerint. Idem de Apostolis dicit, qui sicut
 Moyses veteris testamenti legislator, & doctor; ita
 Apostoli noui doctores fuerunt. Quod ergo illic
 dicit accusare, hic dicit iudicare. Ergo & Moyses,
 dicit aliquis, sedebit super sedem, & duodecim
 tribus iudicabit; fortasse; quid enim absurdum est
 tamen non sequitur necessarium; quia Christus
 hunc honorem non omni deo & fori concedit; sed
 illis, qui relictis omnibus rebus se propter Euan-
 gelium pauperes fecerunt. Quid ergo, an soli
 Apostoli sedebunt? Origenis tractatu in Mathia-
 um octauo, Diui Augustini libro vigesimo, de
 ciuitate capite quinto, Cyrilli Alexandrini in com-
 mentariis in capite sexagesimo Ista; opinio-
 nem probabilem esse non nego, eaque secutus
 sum aliquando, omnes, quidem fecerint, id est
 propter Euangelium bona sua venderunt, & pau-
 peribus dederunt, eundem esse honorem habitu-
 ros. Sed mihi videtur esse hic honor promissus
 non solum, qui Evangelii doctores; sed quia
 primi fuerunt, vt per quos promulgatum est Euan-
 gelium, quemadmodum non omnes, qui vete-
 rem legem docuerunt: sed solus, qui primus do-
 cuit.

*In scriptura
 nomine tri-
 busum Israel
 omnes ali-
 quando in-
 telliguntur.*

*Cur in scri-
 ptura 12 tan-
 tum tribus
 nominantur
 12, cum 13
 uera essent.*

*Apostoli p-
 mo nomina-
 tur, cum
 gentes iud-
 icabunt.*

*Cur in scri-
 ptura 12 tan-
 tum tribus
 nominantur
 12, cum 13
 uera essent.*

sicut disputat D. Paulus ad Romanos 11. 17. & 24.
 cum oleaster inquit, effus, id est Gentilis, insertus est in il-
 lis, id est in populum Iudaicum, & rursus, fructus sunt
 rami, vt ego inserat, id est Iudaei non credentes Gentiles
 reputati sunt; ego Gentilis cum effus, credendo
 Iudaeus factus sum. Hanc eadem est causa, cur D. Io-
 annes in Apocal. omnium praedictatorum nu-
 merum ad duodecim tribus Israel reuocauerit; Ex
 tribus, inquit, Iuda duodecim milia signati, & ca. 7. 5. &
 in portis caelestis Iudaeum, quam cap. 21. 12. describit,
 nomina duodecim tribuum Israel scripta se
 vidisse dixerit. Itaque Theophylacti & Euthymij non
 probo sententiam, qui existimant Apostolos solos
 esse Iudaeos iudicatos.

29. Et omnis qui reliquit.] Chryso. Auctor imper-
 fecit, & Theophylacti putant hanc esse senten-
 tiam, vt omnes, qui idem fecerunt, eundem honorem
 recipiant. Origenes vero, cuius opinionem
 probabilior arbitror, existimat Christum de alio
 inferiori hominum gradu differere voluisse. Dixit
 ante deus, qui omnia sua bona vendidissent, de-
 dissentque pauperibus, seque pauperes facti secuti
 essent: dicit nunc deus, qui non omnia quidem sua
 aut venderint, aut pauperibus dederint, aut se in
 similitudinem Apostolorum secuti fuerint, sed tam-
 en propter se aliquid reliquerint, aut patrem, aut
 matrem, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut li-
 beros, aut domum, aut agrum; illis enim non tantum
 quidem, quantum Apostolorum honorem pollice-
 tur: sed magnum tamen praemium promittit, fore,
 vt centuplum accipiant, & vitam aeternam posside-
 ant. De vxore, quomodo propter Christum relin-
 qui possit, nonnulli dubitant, quia dissolui non po-
 test matrimonium. Respondet Chrysol. & Euthy-
 mius ita dictum esse, qui reliquit uxorem, & centu-
 plum accipiet, & c. sicut dictum est cap. 10. 39. & 16. 25.
 qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam.
 Non ergo vult Christus matrimonium dissolui, sed
 vult se vxori praefere, & si vxor virum impediat,
 quae minus Christum sequatur, uxorem relinqui
 non matrimonio dissolui; sed facto diuorcio.
 Vult, vt maritus prius uxorem; quam Christum
 perdat; vult spiritualia carnalibus anteponi, vt Ful-
 gentius epistola 2. de statu viduallium interpretatur.
 Quamquam & de matrimonio inter gentes dissolu-
 tione interpretari possumus, quorum alter si factus
 Christianus sit, alterque fieri Christianus nolit, ne-
 que cum Christiano sine religionis iniuria habitare,
 Christianus potest non Christianum dissoluto ma-
 trimonio derelinquere, vt i. ad Corinth. 7. 15. docet
 D. Paulus, sed generalis sententia ad vnam speciem
 restringi non debet.

Centuplum accipiet.] Id est infinitis partibus plura,
 ac meliora; sicut dicit D. Paulus ad Rom. 8. 18. non sunt
 condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam,
 quae reuelabitur in nobis. Numerus ergo finitus pro in-
 finito positus est, vt constat ex Luca cap. 18. 30. qui
 non centuplum, sed multo plura accepturum dixit. I-
 dem Lucas, & Marcus cap. 10. 30. addiderunt, nunc
 in tempore hoc, quod verbum, vt ait Hieronymus. Mil-
 lenariis antiquis haereticis occasionem praebuit suu-
 errorem confirmandi futuros post resurrectionem
 mille annos, quibus iusti pro singulari rebus, quas in
 hac vita reliquissent, centenas essent accepturi, quos
 Hieronymus ita refellit, Non intelligentes, inquit, quod,
 si in caeteris digna sit repositio, in vxore appareat tur-
 pitudinis, vt, qui vnam pro domino dimiserit, centum reci-
 piat in futuro. Itaque idem Hieronymus, & eum secu-
 tus Beda, bonaque pars posteriorum interpretum
 sensum esse putat fore, vt qui carnalia, vt Hierony-
 mi verbis vtar, pro saluatore dimiserit, spiritualia reci-
 piat, quae comparatione, & merito sua etiam, quasi si
 paruo numero centenarius numerus comparatur. Quis
 vult repugnat, quod Marcus dicit non solum cen-
 tuplum in hoc saeculo accepturum, sed etiam ex-

plicat, quibus in rebus accepturus sit, domos inquit
 & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros. Pro-
 pterea Origenes, Auctor imperfecti, Theophylacti,
 & Euthymij interpretantur centuplum in hoc saeculo
 accepturum, quia omnia inter Christianos commu-
 nia quodam modo caritas facit; omnes enim
 viros fratres esse, omnes feminas sorores, omnia
 bona communia, vt inter primos Christianos fuisse
 legimus Actuum quarto, trigesimo quinto. At
 Quomodo communes vxores, quae inter Chri-
 stianos maxime sunt propriae? Quanquam dici po-
 test charitate omnes vxores communes esse, quia
 ita omnes Christianos in Domino fecit viros suos
 diligunt. Sed ego tamen aliter interpretor centu-
 plum accepturum, & domos, & fratres, & matres, &
 filios, & c. non quod illa reuertuntur, sed Christum,
 qui ei inuita est omnium, quique nobis & pater, &
 mater, & frater, & soror, & vxor, & liberi, & domus,
 & possessio esse debet, sicut ipsemet docuit caput.
 12. 49. 50. Ecce mater mea, & fratres mei, quicunque e-
 nim fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse
 meus frater, & soror, & mater est. Adnotat D. Bern-
 hardus, in declamatione in hunc locum hoc Chri-
 stum Apostolis non dixisse, propterea quod do-
 mos, & agros, quos non habebant, non reliquissent.
 At certe patrem, & reuera, quae habebant, relique-
 rant, & ad primum verbum vocantem Christum
 secuti fuerant, caput. 4. 22. Propterea ergo hoc illis
 non dixit, quia maiora fecerant, illisque maiora
 promiserat, sedebitis, inquit, & vos super sedes duode-
 cim, & c.

30. Multi autem erunt nouissimi primi.] Non appa-
 ret quorsum hoc Christus adiunxit. Chrysolomus
 & Euthymius existimant ideo addidisse, vt
 homines ad sequendam Euangelicam perfectionem
 proposito singulari praemio magis accende-
 ret. Aliam etiam nobis causam suspicari licet, ne Apo-
 stoli nimia securitate confiderent, propterea
 quod omnium primi vocati fuissent; sed sic curre-
 rent, non quasi in incertum; sic pugnarent, non
 quasi aerem verberantes: sed calligarent corpus
 suum, & in seruitutem redigerent, ne, cum aliis pra-
 dicarent, ipsi reprobi efficerentur, vt de laet Diuus
 Paulus prima, & Corinthios nono, vigesimo sexto,
 vigesimo septimo. Quae autem esset horum verbo-
 rum sententia, nemo dubitare potest; nisi eam, vt
 solent, haereticorum interpretes, peruerserint, di-
 centes prauidisse Christum futuros multos, id est
 omnes Catholicos, qui operibus bonis confide-
 rent, illisque existimant esse vitam aeternam pro-
 mereri, ideoque primos inter Christianos se esse
 ducentes; in iudicio autem omnium vltimi futuri
 essent, id est a regno caelorum penitus excludendis;
 arroganter enim Petrum meritis consensum dixisse.
 Ecce nos reliquimus omnia. Non erat dignus tam ab-
 surdus error cofutatione; sed expedit, vt lector haereticorum
 interpretum peruersitatem intelligat. Primum cum
 Christus dicit erunt primi nouissimi, manifestum est
 non appellare primos eos, qui aut opinione sua, aut
 dignitate, & meritis primi sunt: sed qui primi vocati
 fuerunt, & ad vineam domini venerunt, vt subiecta
 statim parabola declarat; clarum capite vigesimo
 vocari putant, qui aut meritis primi sunt, aut primi
 sibi esse videantur; perinde pro prius atque filii
 nigri albi interpretentur. Deinde de istorum opinione
 omnes primi erunt nouissimi, id est omnes a regno
 caelorum excludentur, quia omnes, qui putant se vitam
 aeternam mereri, primi sunt, & omnes a regno caelorum
 excludentur; at Christus non dicit omnes; sed multi erunt
 primi nouissimi, indicans aliquos, qui primi fuerunt,
 primos erunt, cum denarius soluetur, futuros esse. Itaque
 non poterit isti quicquam dicere magis Christi menti, &
 consilio contrarium: denique Christus dicit multos pri-
 mos pri-